









69  
C. 23. num. 5.

DISCURSUS  
HISTORICO-IVRIDICVS  
DE  
DIE AC NOCTE  
NVPTIALI,  
Von dem  
*Hochzeif = Sage,*  
und der  
*Braut = Sacht,*  
PVBLICI IVRIS FACTVS  
A  
CONRAD. PHILIP. HOFFMANNO,  
I. V. D.  
ET S. M. R. P. CONSIL.

---

---

REGIOMONTI ET LIPSIAE,

---

---

ANNO c15 Icc XLIII.



D 1654 272  
HISTORICO-  
BIOGRAPHICO-  
DIETRICO-  
MATERIALIS  
LIBRARY -  
1866  
THE  
UNIVERSITY LIBRARIES  
OF  
CARL-FRIEDRICH HOFFMANN  
A  
FATHER  
OF  
THE  
MATERIAL  
LIBRARIES  
IN  
GERMANY



*Conspectus Capitum*

*Membri I.*

**De Die Nuptiali**

Caput I. *De Temporis Spatio, Sponsalia & Nuptias intercedente.*

Caput II. *De Temporibus Nuptiis celebrandis vetitis atque permisiss.*

Caput III. *De Temporibus notabiliорibus circa ipsas Diei Nuptialis Solennitates diversas apud gentes conspicuis.*

Caput IV. *De singulari Desponsatorum privilegio.*

*Membri II.*

**De Nocte Nuptiali**

Caput I. *Generalia quedam ac Solennia Noctis Nuptialis, in primis circa devirginationem sistens.*

Caput II. *De Jure circa praeceptam Virginitatem & num Virginitatis dentur notæ?*

Caput III. *De Tempore quo Debitum Conjugale praestandum.*


# DE DIE AC NOCTE NVPTIALI

D I S C V R S V S.

I N G R E S S V S.

**D**iscursum cum quendam historico-juridicum de Die Nuptiali atque Nocte publici Juris facere mihi placuit, non Tibi persuasum habeas B. L. me hic solennitates omnes Nuptiales, quotquot oculi legendo coacervare, calamusque conscribere potuerunt, Tibi esse oblaturum, ad quas enumerandas omnes, liber in maxima forma editus vix sufficeret, qualesve jam B. L. si tempus in iis consumere Tibi vacat, publici juris factas habes: nec putes, me circa noctem Nuptialem hic effectus omnes atque Jura, quae ex concubitu, seu conscientione thalami nascuntur, esse relaturum; sed ea tantum circa diem Nuptialem, ejusve noctem subsequentem capita hoc scripto comprehendere animus est, quae circa tempora maxime notabilia diei ac noctis Nuptialis inculcanda versantur. Cum enim de Matrimoniorum Temporibus notabilioribus Tractatum paratum habeam, dabis L. B. veniam, quod, cum hanc materiam prælo junctim subjicere, justis ex causis impediari, ego Commentationem hancce, quasi partem minimam hujus Tractatus, extra ordinem materiae destinata tractaverim, cum tractatio de Temporibus Sponsaliorum, quam alii forsan commodiori occasione destinavi, hanc præcedere debuisset, illamve denique insequi tractatio de notabilioribus ipsius matrimonii jam consummati temporibus. Sisto igitur hoc scripto tempora notabiliora ipsarum nuptiarum jam consummandarum, quae sub rubro diei atque Noctis Nuptialis hic veniunt. In tractatione autem diem a nocte secernendam esse, nemo non videt, cum tenebrae multum differant a luce. Ideo & Rubri modo dicti pertractatio diversa in duo erit distribuenda membra, cuius membrum prius de *Die Nuptiali*, posterius vero de *Nocte Nuptiali* tractationem sistet. Faxit DEVS feliciter!

Mem-



Membrum prius

## DE DIE NUPTIALI.

### CAPVT I.

*De Temporis Spatio Sponsalia & Nuptias intercedente.*

#### SVMMARIA.

*§. I. Tempus quale intercedere debeat Sponsalia & Nuptias, si non addito certo tempore sint contracta. II. Quale, si dies Nuptiarum dia fuerit. III. Jure veteri Rom. num tempus certum expressum inter Sponsalia & Nuptias. IV. Num Jure divino apud Hebraos.*

#### §. I.

B

E die Nuptiali hoc membro cum sim acturus, mox sibi sistit quæstio haud vulgaris, per quantum temporis spatium Sponsalia jure differri possint, antequam ad Nuptiarum celebritatem novi despontati pedem promovere possint. Ad quam quæstionem non aliter nisi distinguendo responderi potest. Si enim Sponsalia, non addito certo termino, quod regulariter fieri solet, sint contracta, non tenetur alter despontorum ea statim, sine ulla dilatione

A 3

con-

56

consummare, sed in tempus aliquod pro lubitu differri possunt, nisi pars altera maxime Sponsaliorum urgeat consummationem, alteri vero nihil obstat, quo minus matrimonium promissum implere possit. Imo regulariter tum ab JCTis, tum a Theologis suadetur, ne Nuptiarum dies in longum differatur tempus; ne tractu temporis amor languescat, & abalienatio mentis per calumnias traducatur, de quo plur. vid. HEINR. MULLER, in Tr. von ungerathen  
er Ehe. P. 3 Conf. 2. p. 354. Idem suadet D. LUTHERVS in den Eischreben f. 313. ibi: Ich rathe, wanns Verlobnuß geschehen ist, daß man aufs allererste das Beylager und öffentlichen Kirchengang halte. Aufschieben ist sehr gefährlich, weil der Satan viel Hinderniß und Gewirres macht durch böse Zungen und beyden Thäten Freunden. Hinc etiam apud Helvetios usu receptum est, ut sponsa post Sponsalia domo non exeat, celebratas ante Nuptias; quapropter, ne sacris diutule absit, nuptia maturantur. LAVAT. in Lib. Judic. c. 14. Hamil. 86. Et apud Genevenses Lege prohibitum esse, idem c. l. resert: ne Nuptiæ a Sponsalibus ultra sesquimensem differantur. Qua ratione cessabunt ea, quæ habet JCTus. STRYK in Tr. de Dissenf. Sponsalit. L. 3. f. 3. p. 98. scil. hucusque non observasse, Lege quadam publica certum Sponsalibus tempus præfinitum esse. Intervallum tamen inter Sponsalia & Nuptias nimis coarctatum esse non debet, cum alias de sponsatiæ non cuivis, in priinis longe diffitis a loco contractus nuptialis, innotescere possit, quæ ratio magni est momenti, ita ut præjudicata non pauca reperiantur, turbati hujusmodi matrimonii, ex quo, jam consummato, deinceps implacabiles ortæ sunt rixæ ac lites. Et hinc adhuc hodie e sugestu tria proclamatio, vel ex dispensatione summi Principis, una vice absoluta, pro denunciatione rite contracti matrimonii habetur. Nullatenus tamen interstitium illud temporis inter Sponsalia & Nuptias, certarum hebdomadarum aut dierum decursu determinari potest, sed potius istud in contrahentium positum est libera voluntate Conf. MENZER de

de Conjug. p. 253. Et idem vult quoque Jus Canon. in  
c. 39. c. 27. qu. 2. ibi: *Institutum est, ut jam pacte Sponsæ non*  
*statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non*  
*suspiraverit Sponsus dilatarum.* Licet non negem, Principem  
terminum certum dilationi Nuptiali præfigere posse.

§. II.

Si autem Sponsalibus in pactis forte dotalibus, aut alio  
modo certum præfinitum sit tempus, intra quod Nuptiarum  
celebrari debeant, quod non raro in usu est, hoc casu, tem-  
pore præscripto elapso, Sponsus vel Sponsa rite urgere po-  
test promissum, seu Sponsaliorum executionem. MENZER.  
l. c. Licet enim ejusmodi Sponsalibus confessim obligatio  
nascatur, non tamen alterum ante diem Nuptiis destinatum  
petere potest. De intervallo hoc temporis apud Judæos  
ita RUTTORFF in Synagog. Jud. c. 39. Posteaquam ergo  
desponsatio facta est, & Nuptiarum celebrandarum dies adegit,  
multi Judæi Juvenes Senesque in grande aliquod conclave ad-  
vocati conveniunt. Judæi juniorès ollam fictilem novam vel te-  
stam præ manibus habent: Tum accedit aliquis, qui instrumen-  
tum dotale publice prælegit. - Similiter etiam certus dies Nu-  
ptiis celebrandis assignatur. Sic quandoque unis, duo, tres vel  
plures menses intercedunt, pro lübitu scil. & commodo contra-  
bentium, quo spatio temporis Sponsus Sponsam vitat, & fre-  
quentat in ædibus Patris ejus. Apud Romanos quoque diem  
Nuptiis dictam fuisse, ex §. 1. c. 2. patebit. Licet autem  
dixerim, tempore Nuptiis præfinito existente, altera per-  
sonarum desponsatarum alteram ad implendum promissum  
urgere posse, limitabitur tamen hoc, nisi urgentes. scil. ad-  
sist causæ Nuptiarum celebritatem in longius tempus diffe-  
rentes, quæ ut GAIUS in l. 17. D. de Sponsal. inquit: non  
solum annum vel biennium, sed etiam triennium & qua-  
driennium, ulteriusve Sponsalia trahunt. Causæ autem ju-  
stæ diem nuptialem prorogantes sunt: 1.) Adversa despon-  
satorum valetudo, quæ Nuptiarum festivitatem infringit.  
2.) Mor-

2.) Mortes Parentum, Liberorum, ut & Fratrum & Sororum, ubi hi se invicem per aliquod temporis spatum eluere tenentur. 3.) Mors conjugis, quo casu vidua inter annum luctus nubere prohibetur. *l. i. & ii. D. de his, qui not. inf.* 4.) Peregrinationes longinquiores, ex necessitate susceptae. 5.) Crimina capitalia omnesque lites judiciales matrimoniales, pendente enim lite nihil est innovandum, e. g. per quæstionem præjudicialem suspenduntur Nuptiæ, quæ prius decidenda. It. si Pater Sponsæ nubilis & Sponsus inter se dissentiant, & pater justas dissentendi causas alleget, & quæ sunt reliquæ justæ differendi diem Nuptialem causæ. Add. HAVEMAN. *Gamol. Synopt.* *L. i. T. 13. Pos.*  
*§. n. i.*

### §. III.

Inter Augusti equidem Leges, & illam quondam fuisse refert SVETON. in August. c. 34. quod tempus Sponsas habendi coarctaverit. Quid vero Augustus illa Lege in specie caverit, a SVETONIO expressum non est, hinc & Lex illa inter res deperditas erit referenda. Plerique equidem Interpretes volunt, Augustum, ne quis ex fraudatis LL. lucrum perciperet, Sponsis præmia maritorum ademisse, qui ultra biennium nuptias extraxissent, si scil. nulla justa remorandi causa adfuerit, provocantes ad DION. *L. 54. in gest. anni 736. it. L. 56. ZON. tit. 2. & SVETON. l. c.* sed ex istis locis nil solidi proferri potest probationis causa. Imo & illos JCTos, licet magni nominis, valde vapulare autumo, qui Legi Augusti suffragari dicunt sanctionem Constantini Imp. in *l. 2. C. de Spons.* hæc enim constitutio non loquitur de tempore ex Lege præscripto, sed a desponsatis convenito, quod ex dicendis in discursu de Temporibus jam consummati matrimonii, dum de Sponsi absentia solliciti erimus, patebit.

### §. IV.

Alii ex Historia sacra argumentari student, intervallum tem-

temporis Sponsalia & Nuptias intercurrentes continere debere annum plenum, aut ad minimum X. menses, provocantes ad Historiam Rebeccæ, cuius Mater & Frater servo Abrahami Responsum dederunt, filiam non statim commigratram esse, sed ad minimum X. dies post sponsalia mansuram. GEN. XXIV. 55. quem textum GOODWIN. in Mose & Aaron L. 6. c. 4. §. 8. exponi refert per X. menses, perque hos intelligi annum dierum. GEN. XLI. juxta ONKELOS & Rabbi SALOM. Sed hancce explicationem non admittit cit. GOODWIN. licet LXX. Interpretes, & fons, ad minimum dierum decademi habeat, non tamen loqui textum de tempore sumto pro complimento definiti Spatii, intercurrente Sponsalia & Nuptias, sed potius prodere tenerum matris amorem, nolentis tam maturum discessum. Rectius hinc dicit GOODWIN. l. c. hoc non obstante, plausibile esse, quod intervallum temporis intercesserit inter Sponsalia & ipsas Nuptias, licet id definitum non sit, aut certo dierum, hebdomadarum, mensiumque numero determinatum. Et huic sententia adstipulatur HOTTINGER ad d. l. GOODWINI, sequentia ex MAIMONIDE, in latinam translata linguam, referens: *Lege nondum lata is, qui in platea fœminæ occurrit, atque cum illa de matrimonio convenit, introduxit eam in domum suam, atque privatim cum ea concubuit, eratque uxor ejus. At qui lege data Israëlita, qui uxorem ducere volebat, eam præsentibus testibus primo sibi acquirere jubetur, possea demum est uxor ejus.* Q. S. E. DEVT. XXII. 13. Exinde infert laudatus HOTTINGER: Ergo tempus aliquod inter despositionem & introductionem intercedit. vid. DEVT. XX. 7. quantum vero sit, non certo constat. An forsitan hoc pertinet tempus, quo Sponsa audit, totis XXX. diebus dicitur Sponsa. Hæc HOTTINGERVS. Ad locum vero DEVT. XXI. 2. ubi injunctum legitur certum interstitium, mensis nimirum, seu ut in Hebræo legitur: Luna dierum, sive tot dies, quod Luna suum conficit ambitum, respondet HAVEMAN. d. l. L. I. T. I. pos. 3. n. 5. Ex hisce adductis jam certissimum est, moribus Romanorum ac Hebræorum intervallum quidem aliquod  
B  
fuisse

fuisse Sponsalia inter & Nuptias, certo tamen temporis spatio non circumscriptum, sed illius dispositionem in arbitrio de-sponsatorum positam fuisse.

## CAPVT II.

### *De Temporibus Nuptiis celebrandis vetitis atque permisisis.*

#### SUMMARIA.

- §. I. Romani diem dicabant *Nuptiis*, qui tamen matrimonio faustus esse debebat. II. *Nuptiarum festivitati* obstabat *Mensis Majus* ob Lemuralia. III. *Martius*, ob reportatam a *Minerva* in *Neronem* victoria obtenta virginitate. IV. *Festum Ancilium*. V. *Festum Fe-  
ravlorum*. VI. *Kalende*, *Nonae* ac *Idus*. VII. *Virginibus Sponsis* quoque obstabant *Festa publica*, non tamen *Viduis*. VIII. *Nuptiis* celebrandis *infaustum* erat & tempus, quo *Mundum patere* puta-  
bant, & *Dies atra Alliensis*, aliaeque dies atra. IX. it. *Tempus* *Luna crescentis vel decrescentis*, ut & 2. dies post *Ferias Latinas*. X. it. *Dies aliquot circa Vestalia* in *mense Junio*, nisi post *Idus Ju-  
nias*, ut & dies bissextilis. XI. *Ad eligendum diem faustum nuptiis* *auspices*, *inve* *auspicio ejusmodi adhibebantur Turtur & Cornix*. XII. *Hebrei* atque *Judei* *Nuptiis* quoque diem dicunt, ac *nuptriali* celebritati, destinatus est dies *quatus & quintus Septimanae*. XIII. *Sab-  
batho* aliisve *Festis* num *Hebrei* ac *Judei moderni* *nuptias* celebrent. XIV. *Graci*, *Perse*, *Bramini & Chilenses* que tempora observent in in celebrandis *Nuptiis*. XV. *Ecclesia Christiana* *Nuptias diebus cul-  
tui divino dicatis celebrare prohibet*. XVI. *Quid circa tempora* *nuptiis* *celebrandis idonea vel inidonea Synodi ac Concilia statuerint?* XVII. *Concilii Tridentini* *sanczionem*, de *nuptiis* non celebrandis *Fe-  
sto Adventus Christi & Quadragesimis*, suscepit *Ecclesia orthodoxa*, *Calvinianis exceptis*, qui illa tempora non observant. XVIII. *Dies* *Dominica* num obstat *festivitati nuptriali*. XIX. *Tempora* *vetita re-  
stringenda* sunt ad *Solennitates* *saltem nuptiales*, & *jusle dictis tem-  
poribus ritus nuptiales* *prohibentur*, *ratio* tamen *prohibitiva Ponti-  
ficiorum* *rejicitur*. XX. & XXI. *Dispensatio* circa *vetita tempora*  
quando

quando locum habeat? XXII. Suadentibus Eruditis pie mos veteris  
Ecclesie observatur.

S. I.

**P**Opulum Romanum circa Nuptias, varias, easque saepe superstitiones, Gentilismoque tum temporis Solemnitates conformes, adhibere consueisse, tot loquuntur Antiquitatum Romanarum indagatores, quibus tum ob vetustatem, tum ob fidem in conscribendis monumentorum fragmentis operam, non parvam adhibere fidem licet. Nec minimam gentis hujus alias sagacissimæ, ac ab aliis terrarum incolis ad exemplum optimorum Institutorum imitandorum sibi propositæ, Superstitionis partem absolvit, quod Nobiles hi Romuli Nepotes circatempus Nuptiarum celebritati destinatum observarunt. Sponsalibus enim contractis, consequens erat: *Nuptiis diem dicere*, quod apertissimum esse, ex PACUVIO apud NONIVM cap. de loct. indag. & TERENTIO in Andria, videre licet. Ille, in verbis: *Gnatam despontit, nuptiis hanc dicit diem*. Hic in sequentibus: *Hic nuptiis dictus est dies*. Quæ tamen locutio: *diem dicere*, non solum in Nuptiis, sed & aliis in negotiis adhibebatur, optime observante J. F. GRONOVI ad Livii Lib. 35. c. 3. Dies itaque dici solebat, non tamen promiscue omnis, prout huic vel illi mens suggerebat, sed ea in re non levis mensium, temporum ac dierum selectus habebatur, ita, ut mox tempus faustum, mox infustum celebritati nuptiali dijudicarint. Atque hoc est, quod jam paucissimis in sequentibus demonstratus sum, transeundo post a Romanis ad Judæos aliasve quasdam Gentes, & denique ad Ecclesiam Christianam, nostrosque mores hodiernos.

S. II.

Populo autem Romano se r.) Nuptiis celebrandis *Mensis Majus* inauspicatus sistebat, ob Lemuralia, seu Remo-Parentalia, a Romulo in honorem Remi instituta. Quae in Calendario Rom. ita exprimuntur. A. LEM. N. i. e. Lemuralia Nefastus. ROSIN. L. 4. Antiqu. Rom. c. 2. & 9. MANV-  
B 2 TIVS

**TIVS de Ludis Festisque Rom. ex Kalend. vet. ibique Notæ Pe-  
tri CIACCONII in vet. Calend. Rom. Huncve mensem pro-  
pterea inauspicatum Nuptiis fuisse, refert PORPHYRIVS  
in Horat. Lib. 2. Epist. 2. ita scribens: *Romulus Lemuria (i.  
e. Remo Parentalia) instituit, quæ Mensæ Majo per triduum  
celebrari solent, ante additum anno mensem Februarium, ob  
quam rem Majo mensæ Religio est nubere.* Nec secessionem  
ab eo facit PLUTARCHVS, in Quest. Rom. qu. 86. qui Ma-  
jum Nuptiis infaustum ac inauspicatum Romanorum fuisse,  
nos docet. Cui. & adstipulatur SEXT. POMPEI. L. 12.  
scribens: *Mensis item Majus, quemadmodum Plutarchus ev  
ariolos testatur, nuptiis infaustus & inauspicatus existimabatur.*  
Notissimi quoque de Majo, ut infelici despontatorum men-  
se sunt versiculi Poetæ OVIDII Fast. 5. dicentis:**

Nec viduæ tædis, eadem, nec virginis apta  
Tempora: que nupsit, non diurna fuit.

Hac quoque de causa, si te proverbia tangunt.

Mense malum\* Majo nubere vulgus ait. \* alii malas.

Videtur tamen SELENO L. 2. in Uxor. Hebr. c. 22. in pr.  
Ovidium non tam per totum mensem Majum, quam per Le-  
muralium triduum, seu dies 9. 10. & 11. Mensis Maji nü-  
ptiis inauspicatas esse voluisse. Lemuria enim VII. Id. Maji,  
qui erat dies mensis ejusdem nonus, cœpta, per triduum  
celebrabantur. ROSIN. Antiq. Rom. L. 4. c. 9. Cujuſ qui-  
dem sententia satis probabilis videtur, sed cum OVIDIVS,  
PORPHYRIVS, PLUTARCHVS atque SEXT. POMPEIVS,  
generaliter ad totam hanc prohibitionem, mensem exten-  
dant, certius erit dicere, totum Majum nuptiis infelicem  
fuisse. Idem vero erat dies festus Lemuria & Parentalia.  
add. §. 5. in f.

### §. III.

*Martius 2.)* celebritati nuptiali inauspicatus fuit, ob id,  
quod hoc mense nuptiis, habito certamine Marte cum Mi-  
nerva, viatrix, virginitate reportata discesserit. Innuit hocce  
PORPHYR. l. c. verbis in §. præc. conscriptis sequentia ad-  
dens:

dens: item Martio, in quo Nuptiis habito certamine a Minerva Mars victus est, & obtenta virginitate Minerva NERINE est appellata. En lepidam ac fabulosam rationem nuptiarum menſe Martio prohibitarum! Præsumebant enim exinde Sponsi, uxores Imperium sibi esse arrogaturas, die Weiber würden die Manns-Hosen anziehen, si eo tempore quo Mars victus, atque Minerva Virginitatem obtenta esset, nuptias celebrarent. An vero propterea totus Mensis infaustus nuptiis fuerit, de eo nihil certi mihi dicere licet, negativam tamen veriorem esse judico exinde, quod Festo Ancilium finito, quod Mensē Martio celebrabatur, Nuptiarum festivas esset permissa.

#### §. IV.

Non solum vero Martius ob iam dicta nuptiis infaustus credebatur, sed etiam 3.) ob Saliorum seu Ancilium Festum, quod in Mensem Martium incidebat, quo tempore Ancilia e templo Martis a Saliiis deprompta solennius cum carmine Marmurium dictum Veterium circumferebantur. De quo Festo ita OVIDIUS Lib. 3. Fast.

*Quis mihi nunc dicet, quare cœlestia Martis*

*Arma gerant Salii, Mamuriumque canant.*

Hoc vero Festo durante, Nuptiarum festivitas cessabat, hinc eo tempore celebritatem nuptialem dissuadet idem in verbis:

*Nubere, si qua volet, quamvis properabitis ambo,*

*Differ, habent parvæ commoda magna moræ.*

*Arma movent pugnam: pugna est aliena maritis,*

*Condita cum fuerint, aptius omen erit.*

Uti igitur Lemuria Majum, in Festum Ancilium Martium indeum nuptiis reddabant, hocce tamen festum Ancilium non integrum Martium, sed illos tantum dies nuptiis inauspicatas reddidisse, quibus Ancilia in templo Martis nondum condita seu reposita fuere, videre licet ex ALEX. ab ALEX. L. 2. Gen. Dier. c. 5. inf. quod & locus Ovidii cit. probat: *Condita cum fuerint, aptius omen erit.* Quis vero is Martii fuerit dies, quo Festum Saliorum initium coepit, de eo

non una omnium est opinio, dum ipsa in eo varient Calendaria. Altum silentium de hoc Festo est in Calendario Rom. apud MANVTIVM atque ROSINVM ll. cit. Referente vero SELDENO l. c. Ovidio ipsi quinto Nonas, seu tertio Martii diei tribuitur. In Calendario Constantiniano, edita a Jo. Georg. HERWARTIO, septimo Idus, seu die Nono Martii leguntur verba: *Arma Ancilia movent.* & pridie Idus, seu die 14. *Mamuralia,* quæ SELDENO videntur esse tempora, quibus Ancilia condita. ROSINVS L. 4. c. 7. hocce Festum Kalendis Martii, eodem die, quo Matronalia celebrari cœpisse scribit. Cur vero hoc Festo durante nuptiarum celebritas vetita fuerit, OVIDIUS l. c. innuit, inquiens: *Arma movent pugnam: pugna est aliena maritis.* Religiosum enim judicabat Gens Romana superstitione, hocce tempus celebri- tati Nuptiarum destinare, ne ex post facto novi coniuges cum celeber. Advocato Reg. Gall. Steph. PASQVIERIO, (qui fatalem nimis ac litigiosam amplexus erat Sponsam) tota die conqueri cogantur:

*Nulla dies nobis, non horula præterit una,  
Non punctum, nullus temporis articulus,  
Quo non, vœ miseris Servis! succenseat uxor,  
Succensetque mibi, ni simul ipse querar,  
Illi ad nutum totus componor, & idem  
Pacificus quum sim, tristia bella gero.  
Sic mibi Pax Bello, sic bellum Pace paratur,  
Et placide ut possim vivere, vivo miser.  
Sic vel cum servis & Conjuge litigo, sic est  
Hei mibi! Conjugium litigiosus amor.*

Gelehrten Lexicon voce Pasquier. De Saliorum interim Festo saltatione ac circumgestatione Ancylium, videlicet ROSIN L. 4. c. 7. ibique DEMPSTER. in Paralipom. it. L. 3. c. 20. De Anciliis vero Joach. CAMERARII Quest. promisc. Dec. 9. Probl. 8. & Aldi MANVTII, Jacobi filii, Questa per Epist. L. 3. qu. 7. ext. in Tom. 4. Jani GRVIERI Thesauri Critici p. m. 73. & 310.

Festo quoque 4.) *Feraliorum*, quod mense Februario celebrabatur, conjugales amplexus propter ominosos & infastos ejusmodi dies vitandos esse, Romani judicabant, quo spectant illa OVIDII L. 2. Fast. v. 555. sequ.

*Postea præteriti tumulis redduntur honores,*

*Prodigiisque venit funeribusque modus.*

*Dum tamen hæc fiunt, viduae cessate pueræ,*

*Expectet puros pinea ræda dies.*

*Nec tibi quæ cupide natura videbere matri*

*Comat virgineas hasta recurva comas.*

*Conde tuas hymenæ faces, & ab ignibus atris,*

*Aufser, habent alias mæsta Sepulchra faces.*

Erant autem Feralia die 21. qui est IX. Calend. Martii, quæ tamen ab OVIDIO ad XIII. Calend. Martii, h. e. 17. Februarii diem referuntur. ROSIN. L. 4. c. 5. Et mense Februario hocce Festum fuisse celebratum, docet Calendarium vetus Rom. ap. ROSIN. L. 4. c. 2. & MANVI. l. c. Pomponii tamen nihilominus Nuptias pridie Idus Februarii celebratas esse, ex CICER. L. 2. Epist. ad Q. Fratr. ostendit BRISSON. de Rit. Nupt. p. m. 13. Fallitur vero ALEX. ab ALEX l. c. dum Feralia & Parentalia eadem esse, scribit, ut & TIRAQVELL. ad b. l. qui Feralia eadem esse, quæ Lemuria scribit, cum tamen PORPHYRIVS l. c. & cum eo ROSIN. probet L. 4. c. 9. Lemuria eadem esse, quæ Parentalia. Feralia autem a Parentaliorum Festo differre, satis jam probavimus, & ex tempore, quo celebrata fuere, patet. False igitur TIRAQVELLVIS locum PORPHYRII in sui defensionem allegat, qui tamen ei contrarius est.

## §. VI.

Præter tempora jam dicta & 5.) *Kalendæ, Nonæ, Idus* ve in matrimoniali negotio infelices habebantur, quod optimè, additis rationibus prohibitivis explicat MACROB. L. I. Saturn. c. 15. Nec hoc, ait, prætermiserim, quod Nuphiis copulandis, Kalendas, Nonas & Idus religiosas, i. e. de vitandas censue-

censuerant. Hi enim dies, præter Nonas, feriati sunt. Feriis, autem vim cuique fieri, piaculare est. Ideo tunc vitantur Nuptiæ, in quibus vis fieri virginibus videtur. Sed Verrius Flaccum, Juris Pontificii peritissimum, dicere solitum, refert Varro, quia feriis tangere veteres fossas liceret, novas facere jus non esset, ideo magis viduis, quam virginibus idoneas esse. ferias ad nubendum. Subiicit aliquis: Cur ergo Nonis, si feriatus dies non est, prohibetur celebritas Nuptiarum? Hujus quoque rei in aperto causa est. Nam primus Nuptiarum dies vcrecundie datur: postridie autem nuptam in domo viri dominium incipere oportet adipisci, & rem divinam facere. Omnes autem postriduani dies, seu post Kalendas, seu post Nonas, Idus ve ex aequo atri sunt. Ideo & Nonas inhabiles nuptiis esse dixerunt, ne nupta aut postero die auspicaretur libertatem uxoriā aut atro immolare, quo nefas est Sacra celebrari. Kalendæ vero erant primus cuiusvis mensis dies, nomen habentes a ναλέω, voco, quod primis duobus diebus mensis populus in Capitoliu vocabatur. Idus in mensibus Martio, Majo, Julio & Octobri 15. in reliquis vero mensibus 13. die iincipiebant. Nonæ in mensibus Martio, Majo, Julio & Octobri 7mo, in reliquis vero mensibus 5to die iincipiebant.

### §. VII.

Ex dicto igitur MACROBII loco discimus, non solum Kalendis, Idibus, Nonisve, sed & 6) Festis publicis virgines nuptui neutiquam fuisse datas, viduis vero nubere fas fuisse, cui & subscriptis PLUTARCHVS Problem. c. 105. Add. ALEX. ad ALEX. l. c. quæ vero fuerint festa publica, vid. ap. ROSIN. L. 4. c. 3. Imo ex eodem MACROBII loco constat, & 7.) postera die a Nonis, Idibus ac Calendis, uxorem ducere vetitum fuisse, cum dies isti omne velut tristi infames & detestabiles censerentur, atrique Pontificum decreto haberentur. ALEX. ab ALEX. l. c. quod ipsum & comprobavit OVIDIUS Lib. I. Faſt. ibi:

Nona-

Nonarum tutela Deo caret: omnibus ipsis  
(Ne fallare cave) proximus ater erit.

Omen ab eventu est: illis nam Roma diebus  
Marte sub adverso, tristia damna tulit.

Ubi notanda verba: *Omnibus ipsis*, quæ intelligenda sunt de Kalendis, Idibus ac Nonis, de quibus Poëta ante locutus fuerat, monente TIRAQVELL ad d. l. ALEX. ab ALEX qui insuper hic allegat GELL. L. 5. c. 17. NON MARCELL. ubi de atris diebus loquitur. FEST. POMPEI. L. 11. ubi de Nonis ei sermo est, & PLVTARCH. in Lucull. & Problem.

## S. VIII.

Nec Nuptias celebrare fas erat 8.) tempore eo, quo mundum patere credebant, quoniam tunc Deorum tristium ac inferum quasi janua patere, manesve libere vagari Romanii autumabant, nec tunc aliquid omnino administrabatur, nisi extrema id urgente necessitate. Locus de eo ap. MACROBIVM extat, L. 1. Saturn. c. 16. ubi ex VARRON E refert sequentia: *Mundus cum patet, Deorum tristium atque inferorum quasi janua patet. Propterea non modo prælium committi, verum etiam delectum rei militaris causa habere, ac militem proficiisci, navem solvere, uxorem liberum querendorum causa ducere, religiosum est. Quo* vero tempore Mundus anno quoquo pateat, queritur? Et Resp. SELDENVS l.c. CAPITONEM ATEIVM existimare, ter in anno mundum patere: Postridie, Vulcanali, & ante diem sextum Id. Novembris. Et SEXT. POMPEI. L. 11. retulit: Mundum patere 3. Kalend. Septembris, 4. Nonas Octobris, & 3. Id. Novembris EX CATONE & CAPITONE. Hisce accedebat 9.) *Dies atra Alliensis*, quæ erat Kalend. Sextil. quam Majores diem funestrem esse voluerunt, quod eo die Tribuni militum legiones ad Allium fluvium educentes a Gallis pugna vieti sunt, urbemque amiserint. Vid. ROSIN. l.d.c. 11. & 13. Omnis enim omnimodo dies atri, nigri, seu mali, huic negotio infelices habebantur. Dicuntur vero dies religiosi, juxta GELL. L. 4. c. 19. tristi omni infames, impeditique, in quibus & res divinas facere,

C

cere, & rem quampiam novam exordiri, temperandum est. Male autem ab imperitorum cohorte ii nefasti appellantur, cum dies nefasti solum Judicia Romanorum respicerent, per hos enim dies juxta **VARRONEM** nefas fari Prætorem, Do, Dico, Addico, quibus contrarii erant dies fasti, quibus Prætori dicta tria verba solennia fari licebat, juxta **OVID.** *L. I.*  
*Fast. v. 47.*

*Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,  
Fastus erit per quem lege licebit agi.*

### §. IX.

Nec 10.) Celebritati Nuptiali tempus Lunæ vel crescentis vel decrescentis conveniebat, sed aptissimum huic solennitati habebatur tempus tantum **PLENILVNII**, cuius ratio erat, quod inde boni ominis nonnihil ex plena lunæ facie auspicarentur, sive, ut frequenti jam & advenis referta civitate, in conspectu amplæ multitudinis positæ, celebriores nobilioresque habarentur Nuptiæ, ita referente ex variis auctoribus **DEMPSTERO** ad *L. 5. c. 37.* **ROSINI.** p. 451. a. Nec celebrabant Romani Nuptias 11.) duobus diebus post Ferias Latinas, qui religiosi dicuntur Nuptiis celebrandis apud **CICER.** *Epist. quadam ad Q. Fraar.* notante **MERCERO** add. *I. ALEX.* ab *ALEX.* Add. *ALEX. ab ALEX. L. 5. G. D. c. 7.*

### §. X.

Obstat quoque Nuptiis 12.) *Dies aliquod circa Vesta-*  
*lia.* Quod ideo certum credo, quia Mensis Junius nuptiis celebrandis religiosus erat, nisi quod post *Idus Junias* nuptias contahere liceret. Feriae vero Vesta seu Vestalia Idibus Junii habebantur, quæ in Calendario Rom. ita exprimuntur: *H. Vest. N. Fer. Vestæ.* i. e. Vestalia, Nefastus, Feriae Vestrae. **RO-**  
**SIN.** *L. 4. c. 10.* Optimum autem ac auspiciatissimum nuptiis tempus habitum fuisse *dies sequentes Idus Junias*, post 13. diem mensis Junii, expresse scribit **PLUTARCH.** in *Problem. Rom. c. 86.* dicens: *Uxores non ducunt Majo, usque in Junium rem dif-*  
*ferentes.* Qui & varias ex Gentium Theologia assert rationes.

nes. Ejusdem tenoris verba inveniuntur apud OVID. L. 6,  
Fast. v. 222. seq. dum scribit:

*Hanc ego cum vellem socero dare, tempora tædis*

*Apta requirebat, quæque cavenda forent.*

*Tunc mibi post longas monstratur Junius Idus*

*Utilis & Nuptis, utilis esse viris.*

*Primaque pars hujus Thalamis aliena reperta est. &c.*

Mense igitur Junio, nisi post Idus, quenquam Nuptiis copulari, religiosum erat. MERCERVS quoque ad L. 2. c. 5. Alex. ab Alex. diem 13.) Bifextilem nuptiis infelicem fuisse, aliosve adhuc privatim dies religiosos Romanos habuisse refert.

### §. XI.

Juxta temporum selectum Romani quoque cavebant, ne ullus esset cœli motus aut terræ, neve turbatiore Cœlo fœdus inirent, quam ad rem auspices & vates adhibebant, a quibus diligenter sciscitabantur, qui dies copulam nuptialem affirmarent, vatesque iis prædicendis, magnum faciebant quæsum. MERCER. d. l. ex APVLEIO. Moris autem fuisse apud Veteres, ut auspices in Nuptiis adhiberent, ex VALEBII L. 2. c. 1. discimus, dum scribit: *Apud antiquos non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur, nisi auspicio prius sumpto, quo ex more nuptiis etiam nunc auspices interponuntur &c.* Ad hunc morem respexisse C. TACIT. L. 15. Annal. certum est, ubi de Nerone verba faciens, inquit: *Inditnm Imperatori flammœum, missi auspices duo, & genialis thorus & faces nuptiales.* Auspicium autem hocce adhibitis avibus, Turture & Cornice siebat, si par integræ apparuisset, quia utrumque animal adeo sui conjugis sive comparis studiosum, ut eo morte affecto superstes nullius præterea appetat conjunctionem, quin etiam, dum in vivis sunt, mas nullam aliam adit, quam eam unam, qua cum semel conjunctus fuerit, referente SALMVT. in PANCIROLL, l. c. tit. 59. Adde & hic circa auspicia Nuptiis adhiberi solita ROSIN. L. 5. c. 37. in primis vero DEMPSTER. ad h. l. p. 451. b. & Jan. Melller PALMERIVM in Spicileg. ext. in Tom. 4. Thes. Crit. I.

**GRVTERI** p. 665. Dicimus interim stultum esse, illum Philosophum, qui ex diebus aliquid boni vel mali ominare velit, qui enim semel effluxit dies, inquit 10. **BRODDAEVS** *Miscell. L. 3. c. 17. in Tom. 2.* **GRVTERI** p. 479. is quasi ad carceres nec retroire, nec excusum spatium idem repetere potest, jam enim avolavit. Hinc quid jam de modo relata superstitione Romanorum tenendum sit, quilibet non stultus judicare poterit.

## S. XII.

A Romanis jam progredimur ad Hebræos, de quibus quoque constat, certum Nuptiis celebrandis diem, a quo ut Romani, dixisse, vid. plur. §. 2. c. præc. 1. Nuptiarum quoque solennibus certos destinatos fuisse dies, ita ut Virginibus dies Septimanæ quartus, seu Mercurius, viduis vero dies quintus, seu Jovis solennis fuerit, discimus ex **BVXTORFF**. *Synag. Jud. c. 39. p. m. 627.* Nuptiarum, inquit, solennibus dies destinati olim fuerunt; quartus, h. e. Mercurii, si sponsa virgo sit, & quintus, h. e. dies Jovis, si vidua fuerit, idque hanc ob caussam, quia die Lunæ & die Jovis in Urbibus, oppidisque Judices sedere solebant, ut si quid contra sponsæ virginitatem habeat sponsus, quod excipiat, protinus ad eos deferre posset. Et in hisce convenire vides mores Hebræorum, quos ita exponit **SELDENVS** in *Uxor. Hebr. L. 2. c. 11.* inquiens: *Virginis autem deductioni feria quarta seu Mercurii ante alias sub templo secundo præstituta est, ratione ob assuetis Foro sessionem diebus sumpta. Etenim ex Ezræ Collegarumque ejus seu Synedrii, dum Rempublicam Israëliticam instaurabant, decreto, sessiones forentes, quæ antea die profecto quodlibet indiscriminatim baberi solebant, ita in urbibus oppidisque plerisque, si non omnibus, figebantur, in secundam feriam, seu diem Lunæ, atque quintam, seu Jovis, ut hisce, quoties Festi non essent, Judicibus necessario esset condendum: ceteris vero pro re nata tantum sessio habetur. Quoniam igitur, ubi primis amplexibus de Virginitate nuptæ dubitabat maritus, pro suo arbitratu postulatio de præcepta Virginitate in foro proximo fiebat, atque ibi ea, quæ objicerentur cognoscendam.*

cognoscenda, ideo feriam quartam, seu Mercurii diem deductio-  
ni virginis maxime idoneam censebant. Ut scil. postridie, i. e.  
quinta seu Jovis postulare ei esset integrum. Neque postulandi  
tempus ultra quintam seu proximam hebdomadis secundam feriam  
comperendinari, quatenus fieri potuit, volebant, ne interea ante  
rem decisam odium inter conjuges utrinque, ut fieri amat, ubi  
suspicio orta est, nimis ingravesceret. Feriam autem primam  
seu diem solis, tamen etiam postriduana feria sessionis itidem  
dies esset, haud pariter idoneam esse voluere, ne praecedenti epu-  
lari apparatu Sabbathum violaretur. Quae nibilominus univer-  
sa ita moribus receptisque sententiis temperata sunt, ut ubicun-  
que locorum forenses Sessiones feriis jam dictis minime ex jure  
aliquo singulari, sic figerentur, & ubi apparatus cunctis epularis  
ante Sabbathi initium absolveretur, adeo ut de ejus violatione  
non esset, cur inde quis dubitaret, neque ex singulari Sessionum  
forensium dierum ratione signorum Virginitatis prolatione hoc  
quum illo die commodior esse posset, ibi quolibet die profecto Vir-  
ginem deducere rite satis licet. Ita tamen ut letitia solennis  
altera cum altera minime commisceretur. Quemadmodum autem  
Virgini quarta feria, seu dies Mercurii, ita Viduae ac Vitiæ  
deductioni quinta seu Jovis maxime idoneæ habita est. Ratio-  
nem redditum, ut Sponsus assuetos sibi labores a quibus abstinen-  
dum erat tribus diebus epularibus feria prima, seu in ipso heb-  
domatis insequentis initio commodius redintegraret. &c. Ha-  
c tenus SELDENVS, qui Lectori sine dubio hac in materia  
plenissime satisfecit. Hancce autem Constitutionem, Judæis  
referentibus, Ezrae esse, anteve illam quolibet die nuptiarum  
celebritatem permissem fuisse, tum ex SELDEN O audivimus,  
tum ex LIGTFOOT ad Job. II. 5. tradit LEYDECKERVS de  
vario Reip. Hebr. Statu Lib 6. c. 3. in observ. p. 442. inquiens:  
Ajunt Judæi, Ezrae constituisse, ut conjugia vel nuptiæ virgi-  
num celebrarentur die IV. Hebdomadis, at Viduarum die V.  
Nempe exinde non confidebant confessus, nisi die II. & V. Itaque  
cum ante Ezrae decretum confessus convenienter, quolibet die et-  
iam nuptiæ quotidie celebrari poterant.

## §. XIII.

An vero Sabbatho aliisve Festis cultui divino destinatis Nuptias celebrare licuerit, quæstio est. Negat hoc SELDEN. l.c. in verbis: *Neque virginem, neque viduam, neque viriatam rite deduci volebant, pridie Sabbathi, aut postridie, nedum ipso Sabbatho aut die alio festo. Quin nec intermediiis, sive Paschatis, sive scenopœgia diebus, quos profanam Festi partem nuncupant. Scilicet diebus 5. qui inter Pascha & sequentem septimum, & 6. qui inter Scenopœgiā & Octavum habentur. Illud de Sabbatho monuere majores, ob reverentiam Sabbathi, atque ne ex apparatu epulari, qui deductionem ex more precederet, sive initio Sabbathi, sive fini proximantem forte violaretur festum. Sabbathum enim apud Hebraeos nullis negotiis cultui divino adversis turbabatur, quod docet IOSEPHVS L. 12. A. f. c. 1. Agatharcidis recitans verba: Qui Judæi, inquit, vocantur, inunitissimam incolunt civitatem. Hi vacare sueti sunt septima die, neque arma tum portare, aut alias alicujus rei curam gerere patiuntur, sed in locis sacris adorare Deam ad vesperam usque soliti sunt. Imo Essæi nec casum necessitatis die Sabbathi excipiebant, & inter illos nec necessariam naturæ purgationem, sic ut propter hanc die Sabbathi loco non moverentur. Vid. IOSEPH. de Bell. Jud. L. 2. c. 7. Cujusmodi sententia conveniebat doctrina illorum, qui, quando die Sabbathi vim patiebantur, illam vi non esse repellendam, existimantes, omnem prorsus defensionem omittebant, ut proinde Asidæi, decreto publice facto, recte statuerint, se hosti, die Sabbathi irruenti, arma opponere velle. Et hinc in Misna Talmudica dicitur: Omne opus prohibetur in Sabbatho, nisi sit pro anima. SUMMERMANN. ad περίτα L. 2. T. 12. §. 60. Hisce addendum, quod Prolis editio inter opera Sabbatho prohibita ab Hebreis referatur, quia species quædam exstinctionis est, referente RELANDO in Antiquit. sacr. vet. Hebraeor. P. 4. c. 8. §. 7. De modernis tamen Judæis contrarium refert BUXTORFF. l. c. c. 15. p. m. 322. Nuptiarum scil. solennitates Sabbatho permissas esse, dum scribit: Quoniam autem Sabbathum ab illis*

illis voluptas appellari & esse debet, sapientissimis Rabbinis placuit, & Sabbatho honorificum statuerunt, ut singuli mariti, presserit vero Sapientum discipuli, & excellentes Rabbini, hoc Sabbathi nocte, plus quam cæteris temporibus uxorum suorum arva consecrant. Quapropter ut stimulos sibi addant, & viros se esse meminerint, alliis ante Sabbathum vesci solent. Hinc etiam sit, ut sexpissime Sabbatho Nuptiæ celebrentur, ut eo felicior sit concubitus, & majore Sabbathum honore afficiatur. Inde, quia ea nocte concipiuntur, ut plurimum in præclaram adolescentem, & in Sapientum discipulos evadunt.

## §. XIV.

Veteribus Græcis tempus brumale in inēundo matrimonio maxime arrisit, juxta ARISTOT. L. 7. Polit. c. 16. Regulatiter vero Nuptiæ celebrantur, mense Junio, Atheniensibus dictus ἐντομβεῖαν. Certa etiam habebant Festa, mensibus Martio, Januario & Majo celebranda, quæ nuptiis celebrandis inidonea autumabant. MELISSANTES, seu GREGORII neueröffnete Schatz-Räimmer Griech. Antiq. P. 2. c. von den Hochzeiten der Griechen. Quinta quoque dies cujuslibet mensis Lunaris olim infausta erat; illa enim Eumenides, Erinnages, Furias, perjurios in pœnam queritare, in Theologia Græcana creditum est. HESIOD. de diebus infausti. in Hμέρ. v. 800. Versus græci latine ita sese habent:

*Quintas vero evitato (maxime conjugio,) quia difficiles sunt gravesque,*

*In Quinta enim ajunt Furias circumambulare.*

*Ut Juramentum (violentum, b. e. perjurium) vindicent,  
Quod contentio genuit, exitium perjuris.*

De hisce canit & VIRGILIVS Lib. 1. Georg. v. 277.

*Quintam fuge: Pallidus Orcus*

*Eumenidesque fatæ*

De Persis notat STRABO Lib. 15. in more iis suis possum, Nuptias sub initium Aequinoctii Verni celebrare, quod tamen tempus multi recentiorum, inter quos ALEX. ab ALEX. Lib. 2. G. D. c. 5. inf. & Ios. SCALIGER L. 3. Emendat. temp. restrin-

restringunt, ita ut reliquo anni tempore nuptias celebrare non licuerit. Huc & refert Ad. OLEARIUS in *Itin. Pers. L. 5. c. 22. p.m. 456.* mensem Jejuniis dicatum, dictum Ramesan, quo Festum sancti atque magni nominis Martyris, dicti Holstein, celebrant. De Braminis quoque refert Abrah. ROGERS in *Gentilism. Ind. P. 1. c. 11.* illos non quibusvis anni temporibus Nuptias celebrare, sed solum mensibus Februario, Majo, Junio, Octobri, Novembrisque primis diebus, ubi tamen & semper selectum dierum atque horarum auspiciatarum observare eos addit. De Chilensibus memoriae prodidit MARCHGRAFIVS c. 3. de *Chilensibus*, eos in matrimonialibus auxilio uti Idoli, Maruapoante dicti, exque eo querere, responsumque referre, quod Nuptiis celebrandis aut amplexibus maritalibus tempus putetur maxime idoneum, minusve infastum.

## §. XV.

Perlustratis itaque moribus hoc in passu, Gentium quarendam, & quidem præcipuarum, quas terra unquam vidit, calatum jam promovere lubet ad sancta Ecclesiæ Christianæ, circa tempora Nuptiis celebrandis vetita atque permissa. Hæc vero, cum maximam superstitionum aliarum Gentium partem, ex dictamine sacrarum litterarum, & sanx rationis rejicit, ejusmodive negotia, quæ a Mundi Rectore solo, dependent, a temporibus, aliis negotiis ex DEI voluntate infaustis, nullatenus dependere, ex contrario judicans effectu, voluit, hinc nec tempus selectum nuptiarum celebritati, ob superstitionis aliquod omen, vel destinavit, vel contrarium observare decrevit, sed omnes omnino dies, a Creatore bonos creatos, pro libitu huic solennitati adhibendos prudenter judicarit. Ne tamen libertas hæcce Christiana bonum omnem in Ecclesia excluderet ordinem, hinc pie Ecclesiæ Christianæ Præfules dies Cultui divino dicatos hisce solennitatibus adhibendos exemerunt. Quod ex ea ratione pie ordinaverunt, ne tempus, piæ beneficiorum memoriae, quibus DEVS terminus nos cumulavit, dicatum, occupationibus mere civilibus, sapientiusve peccaminosis, conteratur, cum Nuptias parantes,

rantes, multis saepe sint negotiis implicati, ut sacris vix intenti esse queant meditationibus. Dicta vero jam ex Conciliorum ac Synodorum decretis sum probaturus, quo innotescat, quid Synodi ac Concilia circa tempora Nuptiis celebranda vetita statuerint.

### §. XVI.

Ita jam Synodus Herdensis, Leridae in Hispania, anno XV.  
Regis Theodorici, seu A. C. DIX. vel juxta alios An. DXXIV.  
habita, Nuptiarum solennitates a Septuagesima, usque in  
Octavas Paschæ, & tribus hebdomadibus ante Festivitatem S.  
Johannis Baptistæ, & ab Adventu Domini, usque ad Epiphaniam, celebrare vetat. His adjectis: Quod si factum fuerit,  
separentur. Occurrit dictus Canon. in NICOLAI Papæ I.  
Responsis ad Bulgaros. cap. 48. atque GRATIANO, IVONE &  
BVRCHARDO, c. 8. caus. 33. qu. 4. profertur, ac a Petro LOM-  
BARDO sententiis suis Theologicis inseritur; num vero ge-  
nuius sit, grave dubitandi præbet argumentum, cum in ejus-  
dem canonum serie nullibi legatur, sicutumve suppositium  
esse fere credendum sit. In Synodo tamen Salegunstadiensi,  
sub Henrico Aucupe convocata, vel secundum alios A. C.  
1023. in loco, hodie Österwieg dicto, non tantum iisdem,  
quaæ in Synodo Herdensi memorantur temporibus (excepto,  
quod non 3. hebdomades, sed dies tantum 14. ante Festum  
Johannis hic habeantur,) sed etiam Jejuniis celebrioribus,  
festisque non ita paucis, eorumque vigilijs, Nuptiarum cele-  
britas vetita. Verba c. 3. ita sepe habent: *De legitimis con-  
jugiis visum est, quod nullus Christianus uxorem ducere debeat ab  
Adventu Domini usque ad Octavam Epiphanie, & Septuagesima  
usque in Octavam Paschæ, nec in diebus quatuordecim ante Fe-  
stum Johannis Baptiste, neque in Jejuniorum diebus, sive in o-  
mnium solennium dierum præcedentibus noctibus.* Synodo Her-  
densi subscripserunt quoque Synodus Lingonensis, circa an.  
1404. it. Senonensis, Carnotensis, Parisiensisque Synodus.  
Conf. Laur. BOCHEL. in *Decret. Eccles. Gall. L. 3. T. 5. cas.  
123. seq.* Et Synodus Laodicena, circa A. C. 320. vel juxta  
alios

D

alios 40. post habita, Nuptias aut alia quævis Natalitia in Quadragesima celebrare vetat c. 8. cap. 33. qu. 4. ii. c. 9. c. & qu. iisd. Moris tamen fuisse in Ecclesia veteri Romana, ut a Septuagesima, usque in septimum quidem post Pentecosten diem solemnia Nuptiarum essent vetita, ratione tamea habita, trium ante Festum S. Johannis Hebdomadum, qua de re conf. Epistola CLEMENTIS III. circa A.C. 1180. c. 4. X. de Feriis. Teste vero H. SPELMANNO in Concil. Orbis Brit. can. 106. p. 268. in Excerptibus Egberti, Archiepiscopi Eboracensis, Nocte Dominica 4to ac 6ta Feria atque Quadragesima Nuptiæ omnino non sunt permisæ. Eodem vero p. 518. referente: in vestissimo Anglo-Saxonico Concilio Aenhamiæ, circa An. 1010. habitu, tempora hæc sunt ab Adventu usque in Octavam Epiphaniæ, & a Septuagesima ad diem post Pentecosten decimum quintum. Concilium vero Tridentinum duo tantum anni agnoscit tempora, quibus Nuptiarum solennitates cessant. Seff. 24. c. 10. ab Adventu nimurum Domini, usque ad diem Epiphanias, & a feria quarta Cinerum usque in Octavam Paschatos inclusive. Verba ita sese habent: *Antiquas solennium Nuptiarum prohibitiones solummodo ab Adventu Domini usque ad diem Epiphanie, & a Feria quarta Cinerum usque in Octavam Pasche diligenter observari præcipimus, sed aliis temporibus Nuptias libere celebrari permittimus.* Vid. in LOMBARD. L. 4. Dist. 32. Lit. E. SANCHEZ de Matrim. L. 7. D. 7. HILDEBRANDS Enchirid. de prisc. & primit. Eccles. sacris publ. Quod itidem a Synodo Meldunensi an. 1580. in Gallorum mores est receptum, inique ritualibus Pontificiis obiter annotari solitum. Conf. Recueil. gener. des affaires du Clergy de France. Tom. III. p. 539.

### §. XVII.

Concillii Tridentini sanctionem Ecclesia quoque orthodoxa libere suscepit. Ita enim Srff. Saxo-Elector. in Decreto Synodali An. 1624. §. und weil die Alten ic. So ist auch unser Wille, daß vom ersten Advents-Sonntage an, bis nach Ostern keine Hochzeit, ohne unsere sonderbahre gnädigste Nachlassung gehalten

Halten oder von jemanden verstattei werden solte. Add. & Ordin.  
*Eccl. Elect. Sax. Art. gen. 13. & Ordin. Matrim. de an. 1624.*  
 punct. 5. §. Weil auch zu Zeiten xc. Idem & sancivere Srissni  
 Fratres & duces Saxo - Vinarienses in Ordin. Eccles. P. 1. c.  
 15. n. 8. ibi: Und nachdem Wir Uns berichten lassen, daß an ehli-  
 chen Dertern in der ersten Advents-Woche, wie auch in der Woche  
 Esto mihi die Hochzeiten ohne Unterscheid gehalten werden, als  
 wollen wir solchen Missbrauch gänzlich abgeschaffet wissen, in Be-  
 trachtung, daß sonst das ganze Jahr über Zeit genug, und die  
 Leute nicht Ursache haben, ihre Hochzeiten bis dahin zu verspahren.  
 Nec hisce contrariatur Elect. Brandenb. dum in der Magdebi.  
 Kirchen-Ordn. c. 10. §. 24. ita statuit: Die Advent- und Fa-  
 sten-Zeit soll von Hochzeiten frey seyn, es würde denn aus erhebli-  
 chen Ursachen solches in der ersten Advent- oder Fasten-Wochen,  
 von jedes Orts Pfarrern, jedoch mit Vorbewußt und Einwilligung  
 der Obrigkeit, jemanden erlaubet. **WILD VOGELS** D. de eo quod  
 iust. est, circa Fest. Nativit. Chr. c. 2. §. II. P. MULLERI D. de  
*Hierologia Sect. 4. th. 8. CARPOV. Confistor. L. 2. T. 8. D. 151.*  
 Idem & in Prussia observari, testatur tum experientia, tum  
 Sanctio Juris Prut. L. 2. T. 1. A. 7 §. 1. ibi: ingleichen die bis-  
 herige alte Gewohnheit wegen Unterlassung der Trauung in der  
 Advents- und Passion-Zeit genau gehalten, und beobachtet wissen.  
 Divortium tamen in his faciunt Calvini Sectatores, qui quo-  
 vis nuptias celebrandi potestatem tempore, omnibus conce-  
 dunt, nullo habito discriminé, nec aliter statuendum existi-  
 mant, nisi Tyrannidem Pontificis Rom. & straminea Tiberi-  
 ni Agonothetæ decreta adorare, inve omnibus ad ipsius aras  
 Sacramenta dicere velimus, sunt verba CALVINI L. 4. Inst.  
 c. 19. §. ult. relata ab HAVEMANN. L. 2. Gamal. Synopt. T. II.  
 pos. 4. n. 4. Sic & Jo. de WESALIA ap. FLACIVM Catal. Test.  
 Verit. f. 560. Edit. Argent. inquit: Die H. Kirche soll aufge-  
 setzt haben die Fasten, und daß man fürbass mehr in der Zeit ver-  
 bunden, nicht Bräut einführen, und Hochzeit machen soll. Es ist  
 eitel Lügen. repetendo & exaltando vocem. Reliquos silen-  
 tio præterire licebit. Quicquid tamen Calviniani dicant, ra-  
 tiones

tiones sane eorum tantæ non sunt, ut piam Ecclesiæ Veteris Ordinationem, hic intervertere aut tollere valeant, cum & ipse Apostolus conjuges statim ac solennibus jejuniorum vel precum diebus ab ætu conjugali mutuo consensu abstineri jubet, quo animi eorum ad majorem orandi fervorem excitentur. *i. Cor. VII. i.* Imo Israëlitæ ante solennem Legis promulgationem per biduum ab amplexu conjugali abstinebant. *Exod. XIX. 15.* Et apud *Joel. II. 16.* Sponius e cubili, & Sponsa e thalamo egredi jubentur, ut publicam agant poenitentiam. Conf. plur. *HILDEBRAND. Tr. de Nupt. vet. Christ. Tit. Veter. a Nupt. congres. ad Temp. abstin.* & ex eo *WILDVO-  
GEL. l. c. S. 9.* In quibusdam tamen Reformatæ Religionis Ecclesiis, licet hæ nullam Canonum statuant vim, receptum, ut diebus, quibus Cœna Dominica celebratur, Nuptiali solennitate abstineatur.

### S. XVIII.

Idem quod hæc tenus de Festis Adventus Christi & Quadragesimis dictum, statuere conveniens erit & de die Dominicæ, ita ut hocce die *D E O* dicato, nullas Nuptiarum solennitates permittas esse, dicendum sit, ne Sabbathum vanitatibus, in primis vero vitiis Ebrietatis omnisve Lasciviarum profanetur, quod & prohibitum in Synodo Aquisgranensi, sub Ludovico I. Imp. An. 836. habita. Et Impp. Leo & Anthemius *in l. ult. C. de Feriis* rescripserunt: ut dies festi, Majestati altissimi dedicati, nullis voluptatibus occuparentur. *Add. c. 16. dist. 6. de Consecr.* Imo *BRENTIVS in Homil. 96. in Luc.* scribit: a Majoribus sanctum fuisse, ut duobus diebus ante Dominicam diem, nec Nuptia, nec alia publica convivia celebrentur, non quod per se sint illicita, sed ne per ea tot homines a cultu sacro avocentur, aut ad audiendum verbum *D E I* inidonei reddantur. Hinc & *B. D. Lutherum* ob impedimenta Cultus divini jam dudum Wittebergæ Nuptias die Dominicæ abrogasse, refert *BALDVIN. in Cas. Conscient. 8.* In Borussia equidem olim contrarium obtinuisse, testantur *Constit. Provinciales Ducatus Prussiae, s. Lan-*

Landes-Ordnungen, 1640. publicatae tit. von unmähsigen Kindels- und Gülden Bier, desgleichen auch Kostenungen, p. 6. & 7. in verbis: Sehen derhalben für gut an, daß die Hochzeiten, sonderlich in diesen Städten, Königsberg, nach gehaltener Predigt, des Sonntags zu Mittage geschehen mögen, es soll aber dazu gleichwohl die Verordnung gehalten werden, daß die Leute, so zur Hochzeit gehen wollen, erstlich in die Predigt, zum wenigsten in die Mitten, nach der Predigt zum Bräutgam und Braut gehen, dieselben in die Kirchen begleiten helfen, Braut und Bräutgam, weil die mit ihrer Zubereitung etwas zu thun, und derwegen in die rechte Predigt nicht kommen können, die sollen als Christen auss wenigste in die Früh-Mitten gehen, alldar Gottes Wort hören, und seine Göttl. Altmacht umb Beystand anrufen. Auf dem Lande soll es ingleichen gehalten werden, daß wo Braut und Bräutgam so nahe gesessen, daß sie es erreichen können, sie des Morgens in die Predigt mit ihren Hochzeit-Personen kommen, und nach gethaner Predigt, und entschiedener Meße, sich trauen lassen, wo aber die Braut und Bräutigam etwas weit gesessen, daß sie auf den Sonntag zu Abend durch den Pfarr-Herren getrauet werden, und also den Sonntag und Montag die Hochzeit ganz verrichtet, &c. quod & disponitur in Notis über die Landes-Ordn. Preußens, publicata 1577. p. 62. in den Landes-Ordn. de An. 1640. c. 6. Hac tamen dispositio hodie plane cessat, & abrogata per Jus Pruss. l. c. ibi: auch wohl an Sonn- und Fest-Tagen, welches ehemahls in der Landes-Ordnung aus sonderlichen Ursachen zugelassen worden, die Trauungen und Hochzeit-Mahl nicht mit geringer Entheiligung des Sabbaths anstellen, keines weges verstauen und gut geheissen, sondern vielmehr hiemit gänzlich aufgehoben und verbothen &c. Quo & facit, prater Constit. Pruss. particulares, de pie observando Sabbatho, editas, Edictum de An. 1698. ubi expresse prohibetur: Dass keine Hochzeiten an dem Sonntage sollen angestellt werden. Licet recentiora extant exempla nuptiarum die Dominica celebratarum. Sic & huic simile quid observandum in Ordinat. Pruss. Eccles. tit. Von Trauung der Ehe-Leute, circa Benedictionem sacerdotia-

dotalem, dum despontatis injungitur, ut ea hora X. matutina peragatur, ita ut si media XI. in templo se praesentes non iterint, isto die non copulandos esse, dicat. Sed totam hanc dispositionem tum quoad tempus, tum quoad locum mutatam esse, luce meridiana clarior est.

§. XIX.

Hactenus tamen dicta de Nuptiis certis temporibus vestitis, restringenda saltem ad solennitates nuptiales, interim omni tempore permittitur, ut matrimonium ipsum sine solennibus statutis ac receptis, conviviis nupcialibus, &c, rite contrahi possit. Videſ. *Interpret. Concil. Trident.* 128. adhibito tamen Parocho & testibus, quod & Laur. BOCHELL L. c. c. 128. a Conciliis Gallicanis, veluti Aquensi, Rothomagensi, Bituricensi, Toronensi, Burgigalensi, circa A. C. 1580. statutum refert cit. SELDEN O L. 2. in *Ux. Hebr.* c. 30. Idem & P. Lud. ENGEL. in *Colleg. univ. Jur. Can.* L. 3, T. 16. §. 1. n. 4. ex BARB. in c. 10. *Conc. Trident.* Sess. 24. de Reform. Matrim. n. 4. refert: sc. inter Dd. communiter receptum, idque a Congregatione Cardinalium declaratum esse, quod in predictis feriis solennis tantum, externave Nuptiarum Pompa interdicatur, non autem Sponsalia de futuro, imo nec ipsum matrimonium (juxta sententiam Pontificiorum) si justa ex causa differri nequeat, & privatim sine Pompa publica coram Parocho & testibus saltem cum licentia Episcopi celebretur. Tuncque locum habebit, quod SPEIDEL in *Spec. Jur. Polit. verb.* Hochzeiten dicit: Das Weibnehmen ist zu keiner Zeit verbothen, sondern allein das öffentliche Hochzeithalten. Obstatum inde hoc in casu Pontificius a Protestantibus positum, eos scil. inique agere, quod Nuptiarum celebrationem diebus Festis prohibeant, cum tamen Sacramentum matrimonium esse clamitent eorumque adhibito cultum divinum nullatenus turbet, sed potius promoveat, hisce removetur, si prohibitio ista, non de ipso matrimonio contrahendo, quod negotium per se est licitum, neque cultui divino moram injiciens, aut illum plane propagans,

fanans, sed si accipiatur de Pompa nuptiali adhiberi solita,  
 convivio nuptiali, & quæ reliquæ habentur Nuptiarum so-  
 lennitatis. Neminem enim credo fore, qui matrimonium  
 diebus sacris licite contrahi posse, inficias ibit, modo omni  
 pietate ac sanctitate inauguretur, nec a peccatis initium  
 caperet; cum vero mores hodiernorum Christianorum a ve-  
 ra pietate longe distent, nec perpensum habeatur, matrimo-  
 nii initiationem esse negotium, licet non sanctum, aut de Sa-  
 cramenti substantialibus quid recipiens, attamen in primæ-  
 va jam institutione a D E O , præ reliquis, multis benedictionis  
 promissionibus concomitatum; sed fusque deque ha-  
 beatur, qua mente quoque animo huic negotio se immisce-  
 ant, omne tenitus in comandis novis nuptiis, præparatione  
 convivii, hospitibusque excipiendis consumant, ipsam Fe-  
 stivitatem nuptialem confabulationibus ludicris ac voluptuo-  
 sis, saltationibus sape immoratis potando atque commessan-  
 do, transigant, seque sapissime Ethnicos, non Christi Se-  
 ctatores esse, factis profiteantur; quis hinc jam suasor esset,  
 ut celebratio Nuptiarum juxta hodiernum morem diebus sa-  
 cris, D E I cultui dicatis, permittatur, cum tamen tot dies  
 non feriati supersint, quibus hacce festivitas consummari  
 possit. Et huic sententiæ etiam subscriptit J C tuus alias mini-  
 me superstitionis J S. STRYK in *Diss. de Jur. Sabbathi, in-*  
*aug. C. L. WAGNERI, c. 2. n. 1000. seq.* ex qua locum  
**CHRYSTOMI** in *Homil. 42. in Act. Apost.* depromere lu-  
 bet, qui fœditatem solennitatum nuptialium ævo suo usita-  
 tarum nitide depingit in verbis: *Domus autem Nuptiarum*  
*referta fœditate.* Vide enim turpia illuc verba, risum incom-  
 positum, sessiones magis incompositas, vestem & gressum plenum  
 turpitudine & gestus stultitiam & insipientiam præ se ferentes,  
 omnia illuc risum & ridicula: non ipsas Nuptias dico, absit, sed  
 ea, quæ in Nuptiis sunt. *Insanit nunc natura, præsentes pro*  
*bominibus bruta sunt,* & alii quidem ut equi binnunt, alii ve-  
 ro ut asini calcitrant, magna dissolutio, nihil maturum, nihil  
 generosum. *Magna ibi Diaboli pompa, cymbala, tibiae, &*  
*Canica*

*Cantica plena scortationum & adulteriorum.* Pie igitur constituunt Principes, si hasce solennitates aliis diebus non festis celebrandas subditis injungant, ne nomen Domini dictis & factis a tot personis profanetur. Valde hinc claudicat Pontificiorum adducta prohibitionis ratio, qui cum Bellarmin. Lib. de Matrim. c. 31. rationem prohibitionis de non celebrandis Nuptiis diebus festis in eo ponunt, quod Lege Ecclesiastica omnes Christiani in Paschate ad communionem accedere teneantur, ad quam se preparare debeant, quæ quidem, quoad eorum religionem Festo Paschatis conveniens, non tamen omni prohibitioni generalis haberi potest, ad reliquos dies festos se extendens. Genuina enim prohibitionis ratio in Cultu posita esse debet divino, ne occupationibus carnalibus cultus dei destinatus profanetur.

### §. XX.

Licet igitur Principes a celebratione nuptiali certa tempora cultui divino in primis dicata, exemerint; licebit tamen eis circa ea dispensare, si concessa Nuptiarum consummatione, solennitates luxuriæ causa institutæ, commessationes, potationes nimiaæ, saltationes, instrumentorum musicalium strepitus, &c. prohibeantur, convivio tamen honesto non excluso. Cum enim dictæ Constitutiones expresso non nitantur iusso divino, nec per se contraria harum dispositio fidei orthodoxæ adversetur, nec honestati, si peccaminosa rejiciantur, sed antiquitus id saltem pie statutum, subsequentibusve temporibus ab Ecclesia receptum fuerit: Principes quoque hodierni non ex decreto Papæ, aut hujus vel illius Synodi aut Concilii hunc morem secuti, idem statuerint, sed quod piam ac justam hanc legem prohibitivam agnoverint, & ut bonum saltem in Ecclesia Christiana ordinem servarent, suas Constitutiones, circa dicta tempora promulgaverint, nec omnes Synodi in omnibus temporibus vetitis, imo ne Principes statuendo inter se convenient, hincque saltem pro Lege humana habeatur, cum & ipsi Reformatæ Religioni addicti hactenus dictis non subscriptant, sequitur, & Principem, seu Magistratum Ecclesiasticum habere

habere facultatem dispensandi in ejusmodi negotiis, quæ a nuda illorum voluntate & beneplacito dependent, ac ita desponsatis ob justas allegatas causas, non solum Feriis sacris, sed etiam ipso Sabbathio, modo de non profanando hoc die caveant, Nuptiarum consummationem concedere posse. Nec quis, nisi cui vesanum sinciput, affirmabit, Principis ita esse constrictam potestatem, ut Juri positivo, vel recepto, Lego divina expresse non obstante, derogare nequeat. Hinc dispensatione circa dicta tempora recte sibi reservavit Princeps Saxon. in Ord. Eccl. art. gen. 13. §. Weil auch. Et in Ord. matrim. punct. 5. §. Weil auch zu Zeiten mit etlichen Persohnen dispensaret worden, daß sie im Advent oder Fasten Hochzeit gehalten. Et in Decreto Synodali de an. 1624. und weil die Alten, verb. ohne unsere sonderbahrre gnädigste Nachlaßung. Idque Præjudicatis tribus confirmat CAR PZO V. L. 2. Confist. T. 8. D. 152. aliud quoque hujus materia extat l. c. D. 153. n. 7. it. Def. 155. n. 3. Princeps quoque Brandenburgicus idem sibi reservavit in Ordin. Eccl. Magdeb. supr. alleg. ibi: Es würde denn aus erheblichen Ursachen solches in der ersten Advent- oder Fasten-Wochen von jedes Orts Pfarrern, jedoch mit Vorbewußt oder Einwilligung der Obrigkeit, jemanden erlaubet. Qæx dispensatio & circa Sabbathum obtinebit, si casus allegetur necessitatis, qua de re extat Sanctio Elect. Sax. in Ord. Eccl. gen. 13. ibi: Damit auch vermöge Göttlichen Befehls und Ordnung der Sabbath geheligt, und die Leute vom Gehyr Göttlichen Worts nicht abgezogen werden, sollen die Hochzeiten nicht auf den Sonn- oder andern Feier-Tagen, sondern auf den Werkel-Tagen in der Wochen, oder da es einig Bedenken oder Ursach darum es schädlich verfallen sollte, ungeacht desselben eher nicht auf den Sonntag oder andern heil. Tag, denn nach der Vesper und gehaltenen Catechismo angefangen und vollbracht werden. HAVEMAN. l. c. n. 3. & 4. MULLERI Diff. I c. Pie itaque temperavit hanc dispositionem Elector, ut Nuptiæ peractis demum sacris celebrentur, vel si copula Sacerdotalis matutino tempore adhibetur, convivium tamen vespertino instituitur

tur tempore, & ita Consistorium supremum Superintendenti Freibergensi rescripsisse testatur CARPZ. d. l. D. 155. qui & n. 4. ex aliorum refert observantia, diebus Dominicis Nuptias celebratas fuisse, quod & priori Seculo per Prussiam universam observatum fuisse, supra notavimus §. 18. Dispensatio tamen semper cum causa cognitione fieri debet, non quod non valeat dispensatio absque causa facta, ut post alios statuit Petr. Ant. de PETRA de Potest. Prince. c. 27. n. 27. cum talis concessionis actus omnino validus sit, sed quod dispensatio, quæ fit ex causa, minus laedit commune bonum, ipsumve Principem etiam in foro interiori excusatum reddat, ita differente ZIEGLERO ad Grot. L. 2. de J. B. ac P. c. 20. p. m. 454.

## §. XXI.

Dispensationi tamen in totum adversatur A. FRITSCH. in *Observ. Jur. Ecclesiast. præst. O. I.* qui neque circa initium neque medium temporis Quadragesimalis celebrandarum Nupiarum veniam recte concedi negat, quod & idem urget obs. 12. circa diem Dominicum, licet periculum in mora sit, quia potior semper Pietatis, ac devotionis, quam utilitatum temporalium habenda ratio. Sed huic Resp. Si de Nupiarum Solennitatibus ei sermo est, quæ hodie regulariter luxuriose, vel ad minimum non sine profanatione cultus divini, serio a DEO nobis injuncti, diebus sacris & feriatis instituuntur, & ego cum eo nego, dispensationem locum habere posse, quia Princeps vel Magistratus contra Legem divinam nullatenus dispensare potest; eam tamen locum habere posse, si periculum in mora sit, ac desponsati omnibus Solennitatibus non necessariis, luxum saltem promoventibus, renuncient, sineque ulla diei feriati profanatione, finitis scilicet Sacris, se matrimonium consummare velle, asseverent, nec FRITSCHIVM, nec ullum alium repugnaturum esse, credo, cum jam §. 19. monstravi, Synodus cit. non ipsas Nuptias, sed earum saltem solennitates hodie & jam olim peccaminosas, hisce diebus sacris vetasse.

## §. XXII.

## S. XXII.

Pie igitur facit Magistratus, Nuptias ad alia tempora restringens, nec facile ad dispensationem convolans, nisi urgente necessitate, omni insuper profanatione diei feriati prohibendo. Suadent inde & hortantur non sine pietatis ratione Eruditi, ut mos hicce vetus, de non celebrandis Nuptiis diebus sacris, stricte obseruetur. Ex pluribus audiamus **SAR CER IVM** in *Pastoral*. f. 238. Die Pastores sollen, inquit, den Gebrauch nicht lassen abkommen, daß man den Aufruff auf die hohen Feste, Ostern, Pfingsten und Weyhnachten pflegt zu unterlassen. Et p. 239. So sollen sie niemand gestatten, Hochzeit zu halten auf die hohen Feste und Feyertage der Ostern, Pfingsten und Weyhnachten, dessgleichen nicht auf die Feyerabend, auf die Sontage, und andere Festtage. It. so lasse ich mir auch gefallen, daß man im Advent 14. Tage für Weyhnachten, mit den Hochzeiten stille halte. Und dieweil es auch eine alte Gewohnheit ist, sich in der Fasten der Hochzeit zu enthalten, und darzu üblich, so bitte ich, man wolle diese Gewohnheit noch halten. Nec ex Nuptiæ, Solennitatibus adhibitis nuptialibus, approbandæ, quæ finitis demum sacris habentur, cum enim dies Dominicus totus meditationibus divinis sit destinatus, is minime luxuriosis ritibus profanandus erit, nisi despontati ab omni Solennitate luxuriem involvente, abstineant. Atque haec de Temporibus Nuptiis celebrandis vetitis atque permisis, dixisse sufficiant.

**CAPVT III.**

*De Temporibus notabilioribus circa ipsas diei Nuptialis Solennitates diversas apud Gentes conspicuis.*

**SVMMARIA.**

**§. I.** *Apud Romanos 3. fuere Nuptiarum dies rituales*   **II.** *Num Nuptie*  
E 2

ptie usu contractae ap. Rom. dicerentur, si uxor per usucacionem annuam possessa esset. III. De reliquis Nuptiarum ritibus Rom. remissive Scriptores quidem notantur. IV. Ebraeorum convivium nuptiale per 7. durabat dies, si Sponsa virgo, per triduum vero, si vidua vel vitiata Sponsa. V. Iudeorum quoque convivium nuptiale per 7. durat dies. VI. Hebreorum convivium nuptiale vespera adventante instituebatur, deductio vero in thalamum media nocte siebat. VII. De Grecorum die Nuptiali. VIII. De notabilioribus quibusdam temporibus Nuptiarum Russorum, Persarum & Chaldeorum. IX. Item Braminorum, Abassinorum, Incolarum regni Quoje. X. Incolarum Provincie Sierre Lions dictae, incolarum Barbarie & Benjanorum, deque Nuptiis Armeniorum, & Turcarum remissive. XI. Concluditur caput cum Nuptiis vitulinis.

## §. I.

**N**on anxie hoc capite inquiram L. B. in solennitates nuptiales gentium, quæ res esset ob prolixitatem desperati consilii, eas tamen hic referre juvabit, quæ tempora Nuptiarum notabiliora continent. Exordium igitur capiamus, a nobili Gente Romana, de qua noto, eam tres Nuptiarum habuisse dies rituales. Primo die Sponsus intervisebat Sponsam apud Patrem Sponsæ, qui dies πρεσβύτερος dicebatur. Intelligitur autem hic dies civilis, non naturalis, qui a noctis meridie incipit. l. 8. D. de Feris. SERVIVS ad L. 6. Aeneid. Nocte sequente apud sacerdotum Sponsus manebat, Sponsæ autem conditione non utebatur, sed in separata erat dicta, qui dies ἀπάυλος appellabatur, quia ea die Sponsus apud Socorem pernoctabat. Ex quibus recte intelligi potest l. pen. D. de Don. int. Vir. & Ux. ubi SCAEVOLA inquit Virginis in hortos deductæ ante diem tertium, quam ibi nuptiae fierent, cum in separata dicta ab eo esset, die nuptiarum, priusquam ad eum transiret, & prius quam aqua & igni acciperetur, i. e. nuptiae celebrentur &c. Atque haec fuit prima deductio in hortos, ex qua deductione in hortum SCAEVOLA d. l. negat Sponsam uxorem esse factam. Luce oriente, circa primam aut secundam diei horam, haec enim hora Sponsalibus,

45 ) 0 ( 50

falibus, **FESTO** teste, destinatae erant, Sponsa e domo Patris egrediebatur, & hic proprie Nuptiarum dies vocabatur; haec ve erat 2da deductio in domum, quæ de Jure Rom. ad constituendum matrimonium necessaria non fuit, cum solus consensus hoc jure jam Nuptias faciat. Vid. plur. ARNISAEVS de *J. Connub.* c. 3. sect. 12. n. 24. seq. *Tertius dies*, qua vir maritus factus est, επωνυμος nominabatur, & postridie Nuptiarum nuncupabatur. Et erat dies ille, in quo primum Sponsa in ædibus Sponsi pernoctaverat. Et haec erat tertia deductio in cubiculum. Nec obliviscendum est, tertio die, qui postridie Nuptiarum seu craftinus erat, novam Nuptam ad Patris domum redire: ubi repotia siebant, & dona ab amicis offerebantur, quæ αγαλαγητησια, οπτησια ναι θεωρησια dicebantur. Conf. Ant. **HOMAN.** de vet. *Rit. Nupt.* c. 14. Sponsa autem domum viri ingressa, tota dies Nuptiarum in Sacrificiis, conviviis & saltationibus transigebatur, hinc ea die vir, & ea, quæ nubebat, in Jus vocari non poterat, l. 2. *D. de in Jus voc.* debebant enim hoc die litibus ac molestii supersedere. De Solennitatibus interim hisce tribus diebus exhibitis conf. plur. **ALMUTH. in PANCROLL.** res deperd. *P. I. Tit. 59.*

### §. II.

Nec hoc silentio prætermittendum, quod Romani tres habuerint modos contrahendi Nuptias, confarreationem, coëmptionem & usum, quos ex instituto pertractat D. **THOMAS.** in *D. de Uſis præt. doctr. Inst. de Nupt.* c. 1. §. 4. seq. *Hal. 1713. edit.* Nuptias vero usu (ut reliquorum opiniones silentio præteream) plurimi factas fuisse volunt per usucazionem, ita ut uxor usu quasita esset, quæ invitis Parentibus & Tutoribus anno possessa esset. Opinioni autem huic tandem receptissimæ, referente D. **THOMAS.** l. c. occasionem dedit locus **GELLI** Lib. 3. Noct. Att. c. 2. obscurissimus: *Q. Murcium, scribit, Itcum dicere solitum legi, non esse usurpatam mulierem, quæ cum Kalendis Januariis apud virum causa matrimonii esse cœpisset, & ante diem quartum Kalendis*

Januarias sequentis usurpatum iisset. Non enim posse impleri  
 trinoctium, quod abesse a viro usurpandi causa ex XII. Tab.  
 deberet, quoniam tertiae noctis posteriores sed horæ alterius anni  
 essent, qui inciperet ex Kalendis. Cujus GELLII dicta iisdem  
 retulit verbis MACROB. L. 1. Saturn. c. 3. nisi quod loco  
 usurpatum iisset, scripsiter usurpata esset. Hunc autem GEL-  
 LII locum cum Fr. BALDWINVS ad LL. XIII. Tabb. c. 16.  
 inexplicabilem ac obscurissimum judicet, tentat eum expo-  
 nere BRISSON. de Rit. Nupt. cujus verba D. THOMAS. Diff.  
 sue l. c. n. 18. inseruit, qui, uti jam dictum, Nuptias  
 quæ usū siebant, ad Usucaptionem aliquam uxorum absque  
 solenni coëmtione ductarum restringit, licet alii aliam fo-  
 verunt opinionem, de quibus prolixe agit d. Diff. THOMA-  
 SII. Et huic BRISSONII sententia omnes fere haec tenus  
 Eruditi subscripsere, in primis cum in sententiam GELLII  
 etiam inclinaverit SERVIVS, vetustus VIRGILII Commen-  
 tator in L. 1. Georg. ad N. Teque generum &c. ibi: Tribus  
 enim modis apud veteres Nuptiæ siebant usū, si v. g. mulier an-  
 no uno cum viro licet sine LL. fuisse &c. Et secundum hanc  
 sententiam GOTHOFREDVS quoque verba LL. XII. Tabb.  
 circa hoc caput ita concepit: Mulieris, quæ annum matri-  
 monii ergo apud virum manxit, nisi trinoctium, ab eo usurpandi  
 ergo abesse, usus esto. Explicationem tamen BRISSONII  
 loci Gelliani rejicit D. THOMAS. in d. Diff. §. 8. ibique pro-  
 bat, ipsum Brissonium fluctuare, ejusve sententiam gravissi-  
 mis refertam esse dubiis, in primis autem, quod in marito  
 bona fides deficiat, it. quod hic de casu prorsus speciali aga-  
 tur, non de uxoribus usū partis in genere, hinc aliam ten-  
 tant explicationem verosimiliorem GELLII & SERVII, ad-  
 ductus l. 43. D. ad L. Jul. de adult. utpote cui non obstant  
 dubia ab eomet BRISSONIO facta. Hinc simpliciter afferit:  
 Nuptias usū contractas nihil aliud denotare, quam nuptias  
 omnes, quæ sine confarreatione & coëmtione ap. Rom. ex  
 usū & consuetudine fierent, quæ latius deducit ac explicat  
 l. c. §. 9. Plura qui igitur de hac materia legere cupit,  
 ipsam

ipsam adeat *Diss. cit. d. THOMASII*, qui totus in hac ma-  
teria ibi occupatus est.

### §. III.

Reliquas vero Rom. Nuptiarum solennitates cui legere  
animus est, evolvere poterit ALEX. ab ALEXAND. L. 2. G.  
D. c. 5. & L. 1. c. 24. & ad eum Commentat. TIRAQVELL.  
in Gloss. ad LL. Connub. C. SIGON. de antiqu. Jur. Civ. Rom.  
L. 1. c. 9. Jul. SCALIGER. L. 3. Poët. c. 100. Fr. HOTOMAN.  
de Vet. rit. nupt. a. c. 14. usque ad 20. ROSIN. L. 5. A. R.  
c. 37. Barnab. BRISSON. de Rit. Nupt. Ant. GVBERT. Lib.  
d. Sponsal. & Matrim. Theod. ZWINGER in theatr. vit. hum.  
Vol. 20. Lib. 2. Th. DEMPSTER. ad Rosin. l. c. Aloys. NO-  
VAVARIN. in Elect. sacr. L. 6. c. 39. seq. CYPRAEVVM de  
Sponsal. c. 4. §. 3. 5. SALMVTH. in Panciroll. l. supra cit.  
aliosve plures, qui Lectori harum rerum curioso satisfacere  
poterunt.

### §. IV.

Ritus nuptiales Hebraeorum quod attinet, illud tantum  
hic, reliquis missis, referre lubet, quod eorum Nuptia per  
integrali Septimanam, seu spatium VII. dierum duraverint.  
Innuit hocce Rabbi ELIEZER. in Pirke c. 16. sequentia de  
hisce in latinum translata proferens. *Sponsus est Regi com-  
parandus. Quemadmodum Rex foras non egreditur incomita-  
tus; ita nec Sponsus. Quemadmodum Rex utitur vestibus splen-  
didis: ita & Sponsus etiam per septem convivii nuptialis dies.  
Quemadmodum Rex ab universis celebratur; ita etiam per id  
tempus Sponsus. Quemadmodum vultus regius lucidus est, ut  
sol; ita & Sponsi vultus, juxta id, quod scriptum est: Et ipse  
tanquam Sponsus egrediens, seu procedens e thalamo suo &c.  
Idem tradit de convivio nuptiali GOODWIN in Mose &  
Aarone L. 6. c. 4. §. 15. inquiens: Tempus nuptiarum plerum-  
que videtur fuisse septem dierum. Vid. Thisbit in סר. Simson  
Nuptiarum suarum Festum celebravit septem dies. Judic. XIV.  
13. Et de his septem nuptiarum diebus intelligent illud Labani  
ad*

ad Jacobum de Lea: comple Septimanam hujus, tum dabimus quoque tibi istam. Gen. cap. LXXXVIII. Quo dictum putatur petuisse, ne Jacob repudiaret Leam, sed confirmaret presens connubium complendo ordinarium dierum numerum. Nec hisce contrariatur SELDENVS in Ux. Ebr. L. 2. c. 11. non tamen idem tempus Nuptiis virginis ac vidua & vitiatae constituens, sed diversum latitiae nuptiali dicatum. Ipsissima illius audire juvabit verba, hujus quae sunt tenoris: *Epulum a Sponso sive coelibe ante, sive viduo sive uxori etiamnum Superfliti conjunctio lere lauteque erat celebrandum per dies a deducione nimis septem ubi virgo erat sponsa (exemplo vetustissimo sumto, tum ex Jacobi & Rabelis nuptiis, tum ex Samsonis, de quibus nos alibi,) per triduum minimum, ubi vidua seu vitiata, ducebatur. Epulum illud ejusque celebratiouem latitiam nuptialem appellant. Adeoque hoc ex more exigi solitum, ut cui plures sponsae simul essent deducendae, is singulis uxoribus singulas epulas, per totidem dies celebrare idque latissime, per quam pollicibiliter & tum ab omni labore vacans, & tum ab omnimodo solennis latitiae genere alio, quod forte genio tunc placere posset. Rationem adjiciunt: Quoniam non commiscenda est latitia (solennis ejusmodi & epulans) cum latitia. Alia scil. cum alia non commiscenda, nec binæ confundendae. Idem alio in loco de his sequentia habet: Sed ampliare nuptiale convivium nemini non licuit, non minuere, absque moris majorum violatione. Prima itaque nuptialis convivii die deductio fiebat in thalamum, unde absolutæ undequaque nuptiæ. Sed triduum totum, ubi sponsa erat vidua, atque septiduum, ubi virgo erat, latitia summa, lautitiaeque, pro sponsorum fortuna, etiam & singulari sponsorum dignitatis observantia a convivis erat celebrandum: retento intento interea in officiosis compellationibus etiam sponsi & sponsæ nomine usque dum finiretur ejusmodi nuptialis celebratio. Ob singularem tamen causam quoque epulae in longius tempus producebantur, ut in Tobiae convivio factum legimus, quod duabus continentibus hebdomatibus propterea est celebratum, quia duplex aderat causa latitiae, ex demo-*

dæmone scil. fugato, & ex Nuptiis Saræ citra periculum contractis. MENOCH. L. 3. de Republ. Hebr. c. 21. p. 363.

### §. V.

Judæorum quoque Nuptias per VII. continuari dies, tradit BYXTORF. in Synagog. Jud. c. 39. p. m. 639. inquiens: *Per Septiduum, seu integrum Septimanam nuptiæ vulgo durare solent, sicut Laban Jacobo dixit: imple Septimanam hanc: & de Samsonem scriptum est. Si indicaveritis illud septem diebus convivis. Hinc præceperunt Sapientes, si quis virginem duxerit, exhilarare se cum ea per septem dies: & hi septem dies ipsi esse debent instar diei boni seu festivi, ut nullum illis faciat opus, non negocietur, neque solus in publicum prodeat, &c.* Idem & refert de Judæis modernis KIRCHNERVS im Jüdischen Ceremoniel c. 21. apud hos scil. moris esse, ut despontatae personæ si divites sint, per VII. Nuptias celebrent dies, septem accedentibus benedictionibus, & teneri quendam ex Rabbinis, dum epulantur, concessionem dicere, finito vero convvio, tam Rabbi, quam reliquos convivarum nuptialium omnes, cum Sponsa saltando tempus consumere. Pluris idem d. I. refert solennitates nuptiales, quas hic supersedeo. Conf. & Ant. MARGARITHA von dem Jüdischen Glauben, cap. von der Jüden-Hochzeit, it. BYCHERVS de velat. Hebr. ac Græc. fœm. c. 2. &c.

### §. VI.

Tempus vero, quod Hebræorum Nuptiæ celebrarentur, aut potius Nuptiale convivium & Sponsorum deductio institueretur, erat solis occasus. Ubi tamen cum LEIDECKERO L. 6. de Republ. Hebr. c. 8. p. 391. distinguendum: scil. Sponsos convivium nuptiale instituisse vespera adventante, in thalamum vero eos deductos fuisse media nocte, præcedente sacra benedictione. Quo pertinet Parabola apud Matth. XXV. 1. ubi virgines Sponsi Sponsæ occurriere fatigentes, fabricis suis ac lampadibus instructas legimus. Cum vero Parabola dicat, media nocte clamorem factum esse, interpretatur

F

tur

tur illud MENOCH. l. c. p. 365. de eo, quod Sponsus moeras solito longiores traxerit, qui cum prima face aut paulo post prodire debuisset, usque ad concubiam noctem præstolatum virginum expectationem elusit.

## S. VII.

Nec desunt variæ solemnitates, quibus Græci veteres dies suos nuptiales splendidiores reddere consueverunt, de quibus multis conferri possunt SELDEN. UN. Ebr. L. 2. c. 24. S. SCHWIGGERI *Itiner.* L. 3. c. 63. BVCHERI *Tr. cit.* S. 55. p. 104. seqq. aliisque plures, a SELDENO allegati. In compendio vero eas exhibet MELISSANTES, vero nomine, Jo. God. GREGORII in der neu-eröffneten Schatzkammer Griechischer Antiquitäten P. 2. c. 36. 37. & 38. Ego circa mores harum gentium sequentia tantum moneo: Scilicet quod dies Antinuptialis, secundum relationem IVLII POLLUX in *Onomastico περιληπτω* dictus fuerit, quo innuebant, Nuptias jamjam instare. Dies vero nuptialis dicebatur γάμος, quo maxime habebantur solemnitates ac ceremoniae, & in primis solenne instituebatur convivium nuptiale. Hoc tamen antequam fieret, Veneri porcus, ut & Jovi Adulto, hymenæo, Junoni adultæ, Diana, Veneri adultæ, Venirii Suadelæ, Parcisve sacrificabatur. Et quæ erant ceremoniae innumeræ plurēs. Dies post nuptias celebratas appellabatur ἐπαύλια, i. e. mansio, quod munera offerebantur nuptialia. Hoc etiam die Sponsa in domum deducebatur Sponsi. Dies vero, quod Sponsus cum Sponsa in socii dormiebat domo, ἀπάντλια dicebatur. IVL. POLLUX l. c. Nuptias vero Græcorum, per octiduum & amplius durare, refert cit. SCHWIGGERVS d. l. In matrimonialibus vero Græcorum instituta plane vitiosa fuisse, institutis quibusdam probat GROENING. in *Biblioth. Jur. Gent. Europ.* L. 1. c. 1. §. 7. ad quæ declaranda addo illud, quod de Philosopho Crate, Thebano, ac Diogenis Cynici discipulo, qui Olymp. 113. An. 328. A. N. C. vixit, refertur, eum filias suas discipulis suis uxores dedisse, & quidem hac cum conditione, ut eas per

per 30. dierum spatium probarent, antequam Nuptias contraherent. Crates quoque hic, cum uxore sua Hipparchia in plateis concubuisse dicitur.

## §. VIII.

De Ritibus Nuptialibus Russorum multa referunt SELDEN. l. c. cap. 24. in primis OLEARIVS in Itinerar. Pers. L. 3. c. 8. & Paul. ODERBORN. de Relig. & Ritib. Russor. aliqui plures, & inter hos noviter Jean PERRY dans l' Etat present de la grande Russie, ex Anglico in Gallicum, & German. idioma, sub tit. Staat von Russland, oder Moscou unter jeziger Czar. Majest. translatus, qui Russorum ritus matrimoniales valde superstitiosos maxima ex parte abrogatos, aliosve magis laudabiles, in priorum locum substitutos esse, refert. Ex cujus tractatu illud saltem notare licebit: Olim apud Russos Parentes liberos suos sine ullo eorum consensu aut exploratione voluntatis conjungere potuisse, ita ut sponsati vix una vice ante ritum nuptialem in conspectum sibi venerint. Qui mos cum inter sponsatas personas innumerabilium rixarum, imo crudelitatum atque homicidiorum unica causa fuerit, hodiernus Imperans gloriosissimus ejusmodi coacta matrimonia in totum prohibuit, utque contrahentes liberrime in matrimonium consentiant, ac ad minimum per 6. Septimanas ante copulam mutua conversatio ne gaudeant, laudabiliter statuit. Quæ ap. cit. PERRY in verl. german. P. 1. p. 316. seq. prolixè legi possunt. Idem & in præcedentibus refert: Principem hunc inter alia etiam hunc in Nuptiis introduisse morem, ut non solum mares, sed & fœminæ ad solennitates Nuptiarum invitari debeant, cum antehac miserrimæ conditionis fœminæ fuerint, ita ut nullis publicis solennitatibus interesse potuerint, sed quasi incarceraçæ semper vixerint. De Persis ex OLEARII Itiner. Pers. L. 5. c. 22. illud saltem noto, quod finitis Nuptiis mōris ap. eos fuerit, ut nova uxor nunquam nudata facie Patrem accedat, nec unicum verbum cum eo loqui teneatur, quod s̄æpe ad annum extendi autor scribit, eousque hac

fictio' ac simulatio' durat, donec filia loquela a Patre per emitionem restituatur. Apud Chaldaeos Sacrorum Praesides Sponsaliorum die domum ingrediebantur, ignis accendendi causa, qui postea usque ad ultimum desponsatorum vitæ halitum conservari debebat, ne extingueretur. Et si tempora matrimonii extinguebatur, matrimonii divorcium obtinebat, nisi per 40. annos simul in conjugio vixerint. Si igitur alter conjugum, altero praesente, ignem extingueret, signum illud erat divorci. Inde proverbium natum: Las mir kein Wasser ins Feuer gießen. BOCCACCIVS de Nupt. Veteran.

## §. IX.

De Braminis sequentia notatu digna sunt, quæ ex ROGERI Indianischen Heydenthum P. I. II. refert Eras. FRANCISCI in Geschicht-, Kunst- und Sitten-Spiegel. L. 3. p. 935. his verbis: Auf denjenigen Tag, wenn die Verlobnus befestiget, und die gemeldten Ceremonien verrichtet worden, (welches der erste Tag ist) giebt der Braut Vater den Freunden eine Mahlzeit, auch Eben den Armen, welches fünf Tage hinter einander währet, und diese fünf Tage über muß auch das besagte Feuer Homam erhalten werden. (de quibus Solennitatibus conf. praced. ap. auct.) An dem siebenden Tage gehen Braut und Bräutigam wieder aus, oder werden auch wohl bey nächtlicher Weise, auf einem Palekün durch die fürnehmsten Strassen der Stadt getragen, mit vielen Fackeln, Posauinen und Feuerwerken, von ihren Freunden begleitet, etliche zu Pferde, etliche auf Elephanten, denn sie trachten auf alle Weise und Wege, ihren Stand ansehnlich zu machen. Und also wird die Braut öffentlich nach Hause gebracht, daselbst sie denn drey oder vier Tage verbleibt, wofern sie noch jung, und noch unbequehm ist, einen Mann zu erkennen; und ziehet aldenn wieder in ihres Vaters Haus: Allein wenn sie zu ihrem weiblichen Alter gelanget, so bleibt sie forthin bey ihrem Mann. Notatu quoque digna sunt, quæ Franciscus ALVAREZ in Itinerario suo de Abassinis Christianis, sub potentissimo Rege, Prestigiano, h. e. Apostolico, hodie corrupte

rupte Presbytero Johanne dicto, unter Priester Johann, cap. 22. refert. Se scil. multis *Abasinorum* interfuisse Nuptiis, ubi sequenti modo despontati copulati fuerint: Domini atrio lectus sternitur, quem condescendere tenentur despontati; tunc 3. adveniunt Clerici alta cantantes voce: Alleluja! cantandove lectum tribus viibus circumeunt. Post Sponsi ac Sponsæ eodem ex loco ab iis pars aliqua excinditur capilli, melle capillus excisus lavatur, atque crines Sponsi, capiti Sponsæ, Sponsæ vero crines, capiti Sponsi superimponuntur, atque aqua lustrali asperguntur. Hoc facto, Nuptiæ initium capiunt, eaque in noctem usque durant, post despontati in domum deducuntur suam, quo facto, per integrum mensem nemo, excepto Sponsæ Patre eos visitare tenetur, qui per unum mensem se iis associat. Si vero Sponsa eximioris sit conditionis, intra 5. vel 6. menses e domo abire nequit, semper faciem velamine nigro velatam habere tenetur, nisi intra dictum tempus gravida fiat. *Incole Regni Quojae*, in Guinea Africana, non aliter, nisi oblatis muneribus aut servitiis uxores ducere possunt. Hinc ii, quos dura premit egestas, per trium vel quatuor annorum spatium servitia praestare tenentur, quo Sponsam sibi acquirere possint, referente DAPPERO in descript. *Africæ* p. 399.

## §. X.

Ita qualibet urbs, Provinciæ *Sierre Lions*, Regni Gambæ, ampla instrueta est domo, in qua incolarum filiæ educantur, & per anni spatium ab honesto quodam viro informantur. Hoc anno præterlapsò, omnes nitide vestitæ, quasi e carcere egrediuntur, inque Parentum multorumve Juvenum, qui ad hunc comparuere acutum, præsentia, saltandi dexteritate juvenum animos alliciunt, qui tunc pro lubitu sibi ex illa virginum caterva uxores eligunt. DAPPER. l. c. p. 381. Idem p. 161. de Incolis *Barbariæ*, proprie sic dictæ refert, illum, qui virginem sibi associari desiderat, non ante eam oculis suis expositam habere, nisi copulationis die, & quidem tempore vespertino. De Nuptiis *Benjanorum* refert

**ex MANDELSLO L. 1. c. 36.** von der Hinreise nach Ost-Indien  
**Eras. FRANCISCI d. l. p. 931.** Dass wenn bey ihnen die Hochzeit angehen soll, 14. Tage zuvor Tag und Nacht mit Trommeln, Trompeten, und Becken-Klange gespielt werden. **De Nuptiis Armeniorum conf. OLEAR. l. c. Lib. 4. c. 4.** Ne Nuptiis Turcarum **RAVCHVOLFF. Itiner.** & in primis **S. SCHWEIGERI. Itiner. L. 2. c. 61.** Reliquas gentes silentio prætero.

## S. XI.

Colophonem hisce solennitatibus Nuptialibus imponant **Nuptiae vitulinae**, die Kälber-Hochzeit, apud Incolas Regni Suratta usitata, quas curiositatis gratia, **ex DAPPERI descript. Asia p. 42. 43.** cum suis solennitatibus ac Ceremoniis hic addere libebit. Ita vero de his scribit: Zu Suratta wird die Ochsen-Kuh- und Kälber-Hochzeit mit öffentlichen Ceremonien begangen. Wenn die Kälber ein Jahr alt sind (denn darüber müssen sie nicht seyn) führt man sie mit Stricken zu einem Flus, wascht sie darum mit gegen den Priester gefehrten Kopff, welcher am Lande ihr zuschreyet, und mit den Händen sich seltsam gebährtet, die Freunde machen inzwischen auf dem Lande ein Feuer an, von gedrten Kuh-Mist, und setzen sich rund herum, der Pfaff geht in den Kreys zum Feuer, wirft Sandel, Benzoin und Aloe ins Feuer. Wenn das geschehen, geht er wieder ans Wasser, da ihm die Kälber entgegen geführet werden, und gehalten, doch also, dass die Vorder-Beine auf dem Lande, die hintersten aber im Wasser stehen bleiben. Denn bindet der Priester beyden Kälbern einen neuen Strick um den Hals, und wird der alte hinweg gethan. Die Männer der Thiere werden aneinander gehan, und der Pfaff zeichnet sie mit einem Strich von gelben Farben an der Stirn, darauf werden die Thiere etliche mahl ums Feuer geführet. Der Pfaff inzwischen in einem Kreys sitzend, liest aus einem Buch mit seltsamen Gebehrden. Hierauf steht er auf, nimmt ein kleines Feuer-Fäss mit glühender Asche, darein wirft er wohlriechende Sachen, beräuchert die vertrauten Kühe unterm Kopff, Bauch und Schwanz, geht hernach fünfmahl murmelnd ums Feuer, hält beyder Schwänze zusammen, und beräuchert sie. Lassen solche

solche vertraute Thiere ihr Wasser, so fassen es bald die Weiber mit einem Geschirr oder Händen auf, und trincken es also aus, weil sie es vor heilig, und zur Fruchtbarkeit dienlich halten. Drauff werden die Thiere nach Hause gebracht, und das Hochzeit-Mahl den Männern, Weibern und Kindern, so nachfolgen, angestellt. Wie TEXEIRA bezeigt, ist einem Benjanischen Kauffmann eine solche Rüh-Hochzeit, die er an seines guten Freundes Ochsen verheyrathet, 10. oder 12000. Ducaten zu stehen kommen. Nuptiarum harum Solennitates ridiculas recenset quoque die Iuer-sonische Reise-Beschr. c. 13. & ex eo Erasm. FRANCISCI l. c. p. 959. seq.

## CAPVT IV.

### *De singulari Desponsatorum Privilegio.*

#### SVMMARIA.

§. I. *Ap. Hebreos Desponsati post deductionem vacatione gaudebant annua, ab omni sive militari sive civili munere, exceptis iis, qui a se repudiatas secundâ vice duxissent, & si bellum ex DEI mandato gerendum esset. II. Hodie hec annua a muneribus vacatio cessat, nisi quod desponsati die Nupcialis in Jus vocari nequeant.*

#### §. I.

**S**ingulari utriusque desponsatorum post deductionis tempus, de Jure Ebraeorum, gaudebant privilegio, de quo extat Locus divinus DEVIT. XX. 7. & XXV. 5. immunitate nimirum annua ab omni sive militari, sive civili munere, tempore ab ipsa deductione computato. Ita enim se habet textus prior: *Vir quoque ille, qui desponsavit sibi uxorem, & non dum accepit eam, vadat, & redeat in domum suam ne forte moriatur in bello, & alius accipiat eam.* Textus vero posterior hujus est tenoris: *Cum acceperit quisque uxorem novam, non egredietur ad militiam, nec alia res quaecunque transibit super eum, sed immunis erit in domo sua anno uno, latabiturque cum uxore sua, quam accepit.* Qui locus ultimus, ex ipsis de prom-

depromtus Ebræorum LL. militaribus satis clare annuam novorum conjugum, a muneribus innuit excusationem ac vacationem. Et illo quidem privilegio, ob favorem matrimonii, & ne sine fruitione fructuum conjugii maritus novus forte in castris decederet, omnibus frui licebat, illis tamen exceptis, qui a se ipso repudiatas secunda vices duxerant, & ratione Legis, quia hæcce immunitas tantum data erat Novis Nuptiis, quales repudiatae, ac denuo ductæ non habentur. In suscipiendis tamen bellorum discriminibus non simpliciter, sed notabilii cum distinctione hoc privilegium novis conjugibus indultum erat. Si enim Bellum ex præcepto divino gerendum erat, nullus hominum erat exceptus, sed omnes omnino hocce onus suscipere, & Sponsus Sponsam derelinquere tenebatur. Si vero bellum erat ultroneum, seu arbitarium beneficio hoc gaudebant, ut integro a deductione anno, a muneribus tum civilibus, tum militaribus immunes essent. Conf. SELDEN. *Uxor. Ebr. L. 3. c. 3.*

### §. II.

Hodie hæc annua novorum Conjugum a muneribus vacatio cessat, cum hodie novi Cives nihil prius audire soleant, quam istud: *Contributus factus es, observa ordinem.* Vel quod Athenienses his, qui in tribus recepti erant, solenniter proponere solebant: *ne intra commune omnibus regnum locatus, proprio Jure vivere desideraret.* ARNISÆVS L. 1. Relect. Polit. c. 5. Seet. 5. n. 22. Apud Romanos tamen uxorem ducentes ipsa festivitate nuptiali in Jus vocari non poterant, per l. 2. D. de in Jus voc. quod & hodie observari testatur HAHN. ad Wesenb. d. t. n. 5. & mores Gallia compabant, teste BARON. in Jur. Gall. ad d. t. Idem de Parentibus affirmit d. l. Hisve subscribit Jus Pruss. L. 1. T. 14. A. 6. §. 7. ibi: Also sollen auch die Personen, so zur Ehe greifen, und Hochzeit halten, an ihrem hochzeitlichen Ehren-Tage, samt ihrer beyder Vater und Mutter nicht citiret, noch fürgeboten werden.

Membrum



**DE NOCTE NVPTIALI.****CAPUT I.**

*Generalia quædam ac Solennia Noctis Nuptialis,  
in primis circa devirginationem sistens.*

**SVMMARIA.**

§. I. Monitum generale. II. Ecclesia vetus ut & Armenii tribus prioribus noctibus a Copula carnali abstinuere, quod hodie secus. III. Romanorum deducio in Thalamum quando fieret. IV. Rom. pueræ ante thalamum desponsatorum vesperi usque ad medianam noctem carmina cantabant. De Ebreis fit remissio ad c. præc. 3. §. 6. & cap. seq. b. V. Circa Noctem Nuptialem que notanda veniant apud Surianos, Japonenses, Livonos ac Prussos veteres. VI. VII. VIII. Gentes que Sponse devirginationem aut Supremæ Potestati aut Superiori Clericorum, aut Convivis nuptialibus, aut Exteris, aut aliis ejusdem Nationis homini, aut Idolis concederent, & adhuc concedant. IX. Num hodie ad Nuptiarum consummationem præcisæ thalami conscientia, & ad hanc copula carnalis requiratur.

**§. I.**

**N**uptiarum Festivitate ad finem deducta, consequens est, ut personæ desponsatae copula carnali ligentur, ac ita Nuptiae consummentur, atque id est, quod sub Nocte Nuptiali der Braut-Nacht, comprehendi volui. In antecessum tamen hic monendum, me nullatenus hic pudicitia terminos transgressum esse, cum tanti Scriptores, tot, tum de Virginitate, tum de jure circa inspectionem pudendorum, Commentationes, publici juris, etiam in lingua germanica, fecerint, horumve vestigia tum in Jure divino, duni humano, Jure Civ. Rom. & Canonico reperiantur. Nec pudorem sibi incutere legendo patientur ii, qui castitatem & in

G

ore

ore & in animo fovent. Procul vero absint ab hujus mem-  
bri lectura, ii, qui hac ex tractatione lascivandi occasionem  
quærunt. Hoc igitur capite sisto Tibi, L.B. solennes quos-  
dam ritus, gentium quarundam circa Noctem Nuptialem,  
seu delibandam virginitatem, quos ut æquo bonoque capias  
animo, enixe rogo.

## §. II.

Mox se vero hic sistit mos novorum Conjugum in ve-  
teri Ecclesia, quos post copulam sacerdotalem, in honorem isti-  
us benedictionis, nocte prima ab actu conjugii abstinuisse,  
imo per biduum, saepe triduum, recens copulatos non con-  
cubuisse, sed precibus vacuisse legitimus. Conf. Concil. Car-  
thag. 4. Can. 13. Cui piæ Constitutioni forte occasionem de-  
dit Exemplum junioris Tobiæ, Saram, Sponsam suam in tha-  
lamo compellantis: Sara, surge, deprecemur D E V M hodie,  
eras & perendie, quia his tribus noctibus D E O conjungemur.  
Nocte autem tertia transacta in nostro erimus conjugio, Fi-  
lli quippe Sanctorum sumus, nec decet nos conjungi sicut  
gentes, quæ D E V M ignorant. T O B. VIII. 4. Dubitat tamen  
HILDEBRAND. de Nupt. vet. Christ. an Canon laudatus ab  
omnibus stricte observatus fuerit. De Armeniis tamen re-  
fert OLEARIVS L. 4. c. 4. Itin. Pers. eos tribus prioribus  
noctibus concubitu abstinere, quod tamen ab Armeniis in  
Polonia degentibus, non ita præcisè observari scribit. Mo-  
ribus hodiernis hæcce pia consuetudo exulat, cum multis  
potius concubitus anticipatus, quam legitimo copulae cir-  
cumscriptus tempore arrideat.

## §. III.

Romanos quod attinet, horum tertia deductio, quam  
deductio in hortos ac domum præcedebat, in Cubiculum  
erat, quæ instituebatur a Paronymphis, qui a Græcis, s V I-  
D A auctore, παρονύμοι dicebantur, tradentes Spōsam ad le-  
atum, post se surripientes, puellamque collocandam relin-  
quentes sceminis prōnubis, docente AVGVSTINO 6. de Ci-  
vit.

28 ) o ( 29

vit. c. 9. Huic vero rei, ut deductioni ad domum Domi-  
duca, ita juxta TERTULLIAN. Vinnura Pronuba, aut juxta  
OVID. L. 6. Met. Juno addita fuit. Quæ autem Solennita-  
tes tum adhibitæ fuerint, ex legi possunt ap. SALMVTI in  
Panciroll. P. I. T. 59. p. 320. seq. Moris autem fuit, ut  
Sponsæ Sole deficiente, atque Stellis jam micantibus dedu-  
cerentur, quare ap. CATULLVM in Carmine Nuptiali legi-  
mus:

*Vesper adeſt, Juvenes consurgite: Vesper Olympo.*

*Expeſſata diu vix tandem lumina tollit.*

*Surgere jam tempus, jam pingues linquere mensas*

*Jam veniet Virgo, jam dicetur Hymenæus.*

Cur autem noctu non luce conjugia fieret, rationem reddit  
PLUTARCHVS in Problem.

#### §. IV.

Moris etiam fuit ap. Romanos, ut pueræ ante thalamos,  
ubi novi conjuges inerant, vesperi, usque ad medium no-  
ctem concinerent, quæ Carmina νοιρητικά, h. e. Somni con-  
ciliatoria vocabantur. Fiebat autem id, ne quid foris audi-  
retur, quod intus fieret. Rursus alia ab iisdem canebantur  
carmina matutina, quæ διεγερτικά, h. e. excitatoria nuncupa-  
bantur. Hujus generis egregium exemplum habemus apud  
THEOCRITVM in Idyko, cui nomen Helenes Epithalami-  
um. Hoc vero officii genus impleverunt Nymphæ, sive  
illæ Orcades fuerint, sive Najades, sive Napeæ. Ita de hisce  
Petr. HANNIVS Mifcellan. L. 9. c. 14. ext. in Tom. I. Thes.  
Crit. Jani GRVTERI p. m. 1324. Ebraeos in thalamum media  
nocte deductos suisse, supra jam c. 3. §. 6. diximus, quæ  
circa eorum Sponsarum virginitatem restant dicenda, infra  
c. seq. perlustrabimus.

#### §. V.

Delibare nunc quædam licebit de Ritibus quarundam  
gentium exterarum circa Noctem Nuptialem. Quo refer  
ea, quæ habet Bernhard. a BREITENBACH, Decanus Mo-

guntini Capituli, qui Surianorum inter mores, fol. 129. b.  
 illos observat. Ihr Huf-Fruen verwahren und inschliessen sie  
 mit grossem Fliß, und lassen weder Wiber noch Tochter uff die  
 Straßen gan, anders denn mit Lilachen umgeben, und ihr An-  
 gesicht bedeckt mit einem schwarzen Tuch, das halten die Jungfrau-  
 en bi ihnen also streng, daß auch ihr Männer, so sie vermeilt wer-  
 den, sie nicht mögen unter dem Angesicht sehn, die erste Nacht sey  
 denn verschienet, als sie zusammen werden gelegt. Alsdenn auch  
 die Saracenenischen Jungfrauen auch thun, nachfolgen hierin dem  
 Exempel, als sie sagen, des Patriarchen Jacobs, der da meint er  
 wäre die erste Nacte gelegen bey der Nahel, der Liebsten.  
 De Japonensibus testatur MONTANVS in Beschr. der Japanis.  
 Gesandtschafften, maritum tantum tempore nocturno furtive  
 quasi uxorem accedere, & ante Solis ortum e lecto surgere  
 tacite ac abitum parare, nec de die eam visitare debere,  
 nisi uxoris adsit consensus. De Ritibus Livonum Christiano-  
 rum nuptialibus varia refert A. OLEARIVS in der Muscov.  
 Pers. Reisebeschr. L. 2. c. 9. ex quibus saltem verba illa con-  
 scribere licebit, quæ in fine subneclit, inquiens: Wenn die  
 verdeckte Braut und Bräutigam ein wenig gesessen und gegessen,  
 werden sie aufgefodert, und zu Bett gebracht, obs schon noch hel-  
 ler Tag ist. Unterdessen seynd die Gäste lustig, und guter Dinge.  
 Nach zwey Stunden, werden die angehenden Ehe-Leute wieder  
 herzu gebracht, und wird durch die ganze Nacht getanzt und ge-  
 trunken, biß eins hie, das andere dort niedergällt und entschläßt.  
 De Prussorum Nocte Nuptiali sequentia refert HARTKNOCH  
 in Diff. select. de var. Reb. Pruss. Diff. 12. §. 6. in f. Posthaec  
 ad thalamum Sponsa deducebatur, in quem non nisi misere pul-  
 sata & fustibus excepta conjiciebatur, sicque in Sponsi concede-  
 bat potestatem. Hic loco belliorum testiculi caprini vel ursini  
 apponebantur, quibus ipso Nuptiarum die manducatis conjuges  
 credebantur facunde reddi. Eadem de causa nullum animal  
 castratum in nuptiis mactabatur &c.

## §. VI.

Illud notatu dignissimum est, quod varias apud gentes  
 moris

moris fuerit, & adhuc hodie sit, ut Sponsæ virginitas alii delibanda detur. Ita *Volsinenses*, servili pressi dominatu, filias ingenuas Sponso jam destinatas servis prius delibandas dare cogebantur, ut ait ALEX. ab ALEX. L. 1. G. D. c. 24. Evenus Rex Scotiæ ethnicus, consuetudinem introduxerat, ut Domini præfeturæ suo in territorio, virginitatem Sponsarum delibare omnium, quam tamen sustulit Malcolmus III. Scotorum Rex, dimidiata argenti marca unam noctem a præfectorum uxoribus redimente Sponsa. Sic & Adimachyda Libyes, virgines nupturas regi exhibebant, & ille, quæ sibi placeret, devirginabat, quæ tradit Petr. GREGOR. L. 9. de Republ. c. 1. n. 45. Et hodie adhuc nonnullas gentes hoc usi more, ut suas Sponsas Regibus tradant, ad delibandam integritatem earum virginitatis, refert D. a MANDELSTO in *Itiner. Ital.* De Incolis in primis nobilibus Regnum *Calicut* & *Cochin*. refert die Schiffs-Erzählung Pester Wilhelm VERHETENS A Casp. BALBI & ex ea Eras. FRANCISCI l. c. p. 936. hos prima nocte non concubere cum Sponsa, sed conducere unum ex Braminis, vel Sapientibus, mercede data pro opera 4. aut 500. floren. qui prima nocte cum Sponsa thalamum concendere, eamve devirginare teneatur, noctes vero sequentes destinatas esse ipsi Sponso, qui post præceptam virginitatem cum nova conjugie concubat. Idem fere de incolis Regni *Pegu*, in primis nobilioribus tradit LINTSCHOTT. P. 1. Navigat. Orient. c. 17. eos scil. ab extraneo sibi expetere, ut prima nocte Sponsa cubitum eat, ejusque virginitatis flores decerpatur, quo pro labore ei præmium destinatum offertur, eique grates aguntur, quod Sponsum ab hoc labore eximere voluerit.

## §. VII.

Nec minus curiosa sunt ea, quæ refert ROGER in seinem Heydenthum, de incolis urbem Goa, Metropolin Indicam circumiacentibus, in primis in observationibus P. 1. c. 11. p. 99. in verbis: Ungefähr bey Goa, so die Haupt-Stadt in Indien, ist es der Gebrauch, wenn eiliche fürnehme Herren sich in den

den Ehestand begeben, daß sie allezeit ihre Könige oder Ober-Herren darum ersuchen, und bitten, daß sie ihnen wollen belieben lassen, ihren Bräuten die Jungfeschafft zu nehmen, und zwey oder drey Nächte bey ihnen zu schlaffen: Wenn nun solches geschehen, so kommt alsdenn der Bräutigam, und hohlet seine Braut mit Pfeiffen, Trummeln und andern Kurzweilen wieder. An etlichen Orten lassen sie dies ihre Pagoden oder Abgötter thun, doch wie es damit her und zugehe, ist zu sehen in der andern Schiffarth, van Neck p. 33. An andern Orten ist die Braut die erste Nacht für alle Hochzeit-Gäste. Es soll der König von Calicut allezeit seine Frau, die er heyrathen will, von der ansehnlichsten Priester einem beschaffen lassen, ehe denn er Beylager mit einem hält. Dafür er ihm eine Summa von 500. Kronen verehret. Besiehe das Tage-Buch, so gehalten worden unter dem Admiral van CAERDEN. *Malaccæ incolaæ homini Nationis exteræ, & incolaæ Regni Tarnassari Mahumedanis vel Christianis, non vero Braminis ethnicis, quales quidem ipsimet sunt, Sponsarum virginitatem offerunt, qui Sponsorum nomine Sponsis prima vice debitum conjugale præstare tenentur, referente Erasm. FRANCISCI l. c. p. 937.* Imo ipsemet Ludov. BARTHEMA Lib. 5. *Itiner. sui, c. 9.* sibi quoque Sodali in Metropoli Tarnassari hocce munus devirginandi Sponsam oblatum fuisse, quod & ejus ab Sodali præstitum prima Nocte refert, de quo plur. conf. cit. FRANCISCI.

## §. VIII.

Crudelis vero ac plane impia ea fuit olim consuetudo, apud Goæ incolas, quam ex LINTSCHOTT. l. c. cap. 33. refert Erasm. FRANCISCI l. c. p. 936. Dass wenn ihre Tochter eine Braut, dieselbe mit großem Triumph, allerley Instrumenten, und Seitenspiel, dem Bräutigam zu sonderbahren Ehren und vermeinten Kühm, vor ihrem Pagode oder Abgott, an dessen Bild ein männliches Glied von Helfenbein gemacht ist, gefüret werde. Dieser scheußlicher Priapus muß der Braut ihre Jungfeschafft mit schmerzlicher Gewalt nehmen; indem ihre nächsten Freunde, so ungejümlich drauf stoßen, und andrücken, daß sie jämmerlich schreyen

schreyet und heiset, aber von dem Gethöhn der daben erschallenden Instrumenten nicht gehöret wird. Man lässt sie nicht ehr wieder los, bis das Blut zu einem Wahrzeichen, an dem unfläthigen Abgott hängen bleibt. Darauf wird die Braut dem Bräutigam überantwortet, welcher sich höchlich erfreuet, und es für eine große Wohlthat achtet, daß ihm der Pagode so viel Ehre angehan, und ihn einer so grossen Mühe und Arbeit überhoben habe. Sed abhorrent imo destantur ea mores Christianorum.

## §. IX.

Mores hodiernos quod attinet, cum Virginitatis Sponsarum delibatio non nisi ipsi sposo sit licita, queritur, num consensio thalami præcile requiratur, ut nuptiæ consummatæ dici possint? Et Resp. De Jure equidem Civ. Rom. non requiritur Concubitus ad consummandum matrimonium, sed constituit jam matrimonium consensus matrimonii solenniter declaratus per l. 15. D. de condit. & demonstr. Conf. plur. ARNISAEVS de Jur. Connub. c. 3. Sect. 12. n. 24. seq. Germanorum tamen in eo diversi sunt mores, a moribus Romanorum, qui matrimonium tunc demum, quoad conjugii effectus consummatum esse voluerunt, si consensio thalami accesserit, nach gehaltenem Beylager und Heimführung, sive wenn das Braut-Beit beschritten, vel uti Saxones inferiores pronuntiant, wenn de Brutt und Bette gesett worden, vel juxta Jus Würtemb. wenn die Deckin beschlagen worden, vel sec. mores Erfartenses, nach dem Beitsprunge. Nuptiarum enim ritibus peractis, sponsa tum demum in domum mariti transire videtur, si in mariti domum deducta, & consensio thalami facta sit. Hancve thalami concessionem ad consummandum matrimonium desiderat vetus dispositio Juris Saxon. L. 3. T. 45. & L. 1. A. 45. Non obstante §. R. L. 3. A. 45. qui textus non de Jure Successionis, sed de vindicatione injuriarum loquitur, quod & juri Civ. Romano contentaneum. Idem statuit & Novella constitutio Elect. 19. p. 3. Add. Sententia Scabin. Lips. ap. CARPZOV. P. 3. C. 19. D. 2. item

item Jus Würtembergicum P. 4. T. 2. Jus Lubecense, juxta  
 MEVIVM P. 2. ad Jus Lubec. T. 2. A. 12. n. 271. Jus Sta-  
 tutarium Reip. Moeno Francofurtana, in Reform. Francof.  
 P. 3. T. 3. §. 5. Mores diuturni Reip. Erfurtana, teste REN-  
 NEMAN. Jurispr. Justin. Disp. 8. ib. 69. lit. B. & Jus Prussi-  
 cum L. 5. T. 12. A. 5. §. 7. ubi Jus Successionis &c. locum  
 non habet, si ante consummatum matrimonium seu ante  
 concessionem thalami Sponsus vel Sponsa moriatur, licet  
 L. 4. T. 5. A. 7. §. 10 dicat, privilegium tacita hypotheca,  
 quod habet uxor in bonis mariti propter dotem, initium  
 capere, a tempore consummati matrimonii, i. e. benedictio-  
 nis sacerdotalis, ex quo textu contrarium inferre quis posset,  
 benedictione scil. Sacerdotali facta, consummatum jam esse  
 matrimonium, sed textus prior tamen prævalebit, cum ibi  
 quæstio, quando Jure Prut. matrimonium credatur, expresse  
 decisa extet. Et hanc concessionem thalami & requiri in Bri-  
 tannia, testis est Bertrandus d' ARGENTRE in Consuetud. Bri-  
 tann. Art. 429. ploß. 3. quod Jus his verbis conceptum legi-  
 tur: *Femme gague sou daire a meltre son pied au liet.* Et Ant.  
 MORNACIVS 8. consuetudines se in Gallia observasse re-  
 fert, ubi post concessionem thalami lucra nuptialia demum  
 debentur, inde apud hos Proverbium esse sequens: *Doü  
 aire est acqui si tot, que le mariage est fait & accomply, &  
 que les mariants ont couché ensemble, & non autrement.* In  
 nonnullis quoque Franciæ Tractibus, ea, quæ post thalami  
 concessionem debentur, *Jura Concubitus* appellari testis est  
 Gerard. MAYNARD. in Decis. Tholos. L. 4. Dec. 54. n. 2. Conf.  
 HENELIVS de Dotalitio c. 4. §. 3. Nec Personæ illustres  
 hanc thalami concessionem negligunt, ut matrimonium  
 consummatum dici possit, præsertim si inter absentes per  
 Legatos uxores illustres sibi copulari curant, ubi plerum-  
 que Sponsa Sponso absenti rite copulata censetur, si Lega-  
 tus Sponsæ in thalamum collocata tibiam denudatam oppo-  
 suerit, ejusmodi itaque ceremonia consummationi matrimo-  
 nii æquipollere putatur. Quale exemplum extat in Ca-  
 rolo

rolo VIII. Galliæ Rege, qui suo nomine Principi Arausio. ut Legato, Annam jungere voluit. Idemque in matrimonio Leopoldi Imp. observatum legimus in *Diar. Europ. contin.* 14. p. 282. *WILDVOGEL. Diff. de Jure thalami. c. 3. th. 1. STRYK ad tit. D. de R. N. §. 31.* An vero ad consensio- nem thalami de Jure Statutario & corporum conjunctio re- quiratur, dubium est. Affirmat id *SANDE L. 2. Decis. Fris. Tit. 5. Def. 1.* de moribus nonnullorum locorum, negat ve- ro hoc de Germania *STRYK. d. l. HENELIUS d. l. §. 5.* Idem statuendum & de Jure Prut. ubi *l. c. §. 7.* saltem re- quiritur, daß das Bettē beschritten werde. Rejicitur enim *d. l. in f.* Sententia illorum qui putant, sponsum lucrari nihi- lominus illa, quæ ei pacto dotali, Statuto, moribus vel ju- re debentur, si Sponsa ipso Nuptiarum die moriatur, licet consensio thalami non sit secuta, wenn gleich das Bett nicht beschritten, ergo contraria sententia erit vera, Sponsum di- eta lucrari, wenn das Bett beschritten, excluso concubitu rea- li, vel corporum coniunctione. Ita ut verba d. præceden- tia: welche nach gehaltenen Kirchgange zu ehlicher Beywohnung kommen, non de ipso concubitu, sed de consensione thala- mi sint intelligenda, in primis cum Jus Prusi. quoad consen- sionem thalami Jus Saxon. secutum videatur, quod vero de nuda saltem consensione thalami, non vero de commixtio- ne corporum intelligit verba: wenn das Bett beschritten, hinc & Saxones inferiores illud efferunt, wenn die Braut ins Bett gesetzt, Erfurtenes nach dem Bettsprunge, Würtembergenses, wenn die Decken beschlagen worden, quæ textus verba Jcti de nuda thalami consensione intelligunt, idque per totam Ger- maniam ita receptum esse, multi Dd. testatur. Imo, si dicere velles, per concubitum matrimonium consummari, ex jaliis hoc absurdum sequeretur, Septuagenarios, &c. quos hodie sape mutui adjutorii causa, omni plene corporum commixtione neglecta, ob impotentiam, conjungi vides, nunquam matrimonium consummasse, & hinc non gaudere effectibus veri matrimonii, quia copula carnalis defecit.

H

CAPUT

## CAPVT II.

De Jure circa præceptam Virginitatem, & num  
Virginitatis dentur notæ?

## SVMMARIA.

- S.** I. *Apud Hebreos Virginitatis præceptæ signum erat defectus cruxoris sanguinei post concubitum, & quomodo postulatio de præcepta Virginitate instituta fuerit.* II. *Idem virginitatis signum aut olim agnoverunt, aut hodie adhuc agnoscunt Judei moderni, Alexandrinii, Moschi, Indi, Guzuratenses, quedam Hispanie ciuitates, incole Regnum Fez & Marocco, Persæ, Turcæ, & Mexicanæ, & quomodo hec gentes præceptam virginitatem coercuerint.* III. *IV. Hodie ob præceptam virginitatem contreditur repudium.* V. *Ad cognoscendam virginitatem, hodie locus est inspectioni oculari.* VI. *Virginitatis nota num sit hymen, effluxusque sanguinis, ex angustia ortus?* VII. *Num dolor in primo congressu, mamillarum tumor, lacve in iis repertum?* VIII. *Num vocis mutatio, rugæ ventris, aliave, a quibus remissive.* IX. *Num alia experimenta naturalia virginitatem amissam confirmare valeant?* X. *Concluditur, Virginitatis cognitionem esse difficilimam, nec Judicem ex prelaudatis notis, devirginationem factam esse, statuere posse.*

## S. I.

**S**ingulare quid ex Antiquitate Judaica se mihi sistit circa Postulationem de præcepta virginitate. Usitata enim erat Ebraicis mariti, de nova nuptiæ præcepta virginitate accusatio, quæ si testibus examinatis, juxta mariti institutionem, satis probata erat, nova nupta lapidatione puniebatur, si vero e genere esset Sacerdotali, pena statuebatur vivi comburii, quem Stupri processum exhibet, SELDEN. in Ux. Ebr. L. 3. c. 1. Si tamen maritus ex Lege criminali contra Sponsam suam ex capite præceptæ virginitatis, ageret nolebat, aut forte nequibat, restabat tamen ei adhuc ex more recepto Postulatio de præcepta virginitate, incusatio scil. de

de signis seu testimonii veritatis, cuius firmum judicabant argumentum, si in primis amplexibus conjugalibus sanguis se sisteret & angustia; qua tamen postulatione non criminalem maritus persequebatur pœnam, sed vel ad rescissionem dotis virginex, vel ejus diminutionem faltem tendebat. Tempus vero postulandi hic erat singulare; Habebat enim maritus facultatem per XXX. dies post deductionem a copula carnali abstinendi. Si itaque per dictum temporis spatium dilucide constaret, eam non in tenebris aut virgultis cum Sponso circumvagasse, sed semper adhibitis omnino arbitris, cum ipso conversasse, ita ut omnis mala mariti postulantis præsumptio, ac si ipse præpostere Pater factus fuerit, cessaret; hoc casu postulatio usque in XXX. extendebatur diem. Secus vero se res habebat, si clandestina probari poterat Sponsæ conversatio, tunc enim statim ab ejusmodi clandestino couentu, uti & statim a primo post deductionem coitu conjugali aut de prærepta virginitate marito erat postulandum, aut juri huic plane renunciandum, referente SELDENO l. c. cap. 2. Ex Rabbinis. Apud quosdam tamen nullus erat postulationi locus, ut in Iudea, ubi moris præceteris erat Regionibus, ut Sponsus interdum solus ante deductionem cum Sponsa sola, per unius horæ spatium convenire, aut eodem in conclavi conversationis ergo se sistere solerent, quod SELDENVS cit. probat ex Gemara Hierosolymitana ad tit. Cethuboth. c. 1. fol. 25 col. 1. & quidem ex verbis sequentibus: Antiquitus in Iudea mos obtinuit, ut Sponsus solus per horæ spatium permitteretur cum Sponsa, ut scil. amor ejus in eam incenderetur. Cui Gemara Babylonica ad tit. Cethuboth. fol 12. a. subscribit, in verbis ex versione laudati SELDENI In Iudea antiquitus mox obtinuit, ut Sponsus solus hora unica permitteretur cum Sponsa ante deductionem in thalamum (quod in Galilæa nunquam fieri solet) ut nempe amor ejus erga eam accenderetur. Et hocce casu marito facultas postulandi data non erat, quia, cum solus cum sola non præsumantur orare Pater Noster præsumebatur, Sponsum ipsam

Sponsam devirginasse. SELDEN. l. c. Ne tamen Ebræi in cognoscenda virginitate deciperentur, duo despontati adjuncti erant socii, qui quasi vigiles primæ noctis post Nuptias erant constituti, ut exacte omnia observarent, quæ despontati illa nocte ficerent, & ne fraus fieret virginitati. Hinc REIZIVS apud GOODWIN in Moſe & Aarone p. 480. notanter afferit: Præter hos (filios scil. Conopæos, seu socios Sponsi) autem duo alii fuerunt, Socii dicti, quorum alter erat amicus Sponsi, 10. III. 29. alter Sponsæ, ministrabantque eis, tempore præsertim ingressus in thalamum, carentes, ne quid fraudis esset circa signa virginitatis. Et GOODWINVS ipse met eos filios thalami, MATTH. IX. 25. vocari, horumque mentionem, IVD. XIV. 11. ubi de XXX. Simsonis agitur focis injectam esse arbitratur. Officium vero illorum fuisse, ut scrutentur & officiose ea observent, quæ Sponsi illa nocte (scil. nocte deductionis) fecerint. Ne scil. alter alteri dolo inferret damnum. Ne Sponsus etiam si agnoscat sanguinem virginitatis, illum celaret aut tolleret. Et ne Sponsa inferret pannum suum, seu Sindonem sanguine intinctam. Conf. plur. BVCHER. in Tr. de velat. Hebr. & Græc. fæmin. p. 39. seq. ubi plura ex Rabinis de hac materia refert. Morem vero hunc experiundi Virginitatem gentis Judaicæ, Scriptores ex DEVT. XXII. 13. seq. colligunt, quem locum MENOCHIVS de Rep. Hebr. L. 3. c. 21. p. 270. ita exponit: Putarunt aliqui ante maritalem congressum moris fuisse, ut Sponsæ virginitatem explorarent matronæ, a quibus deinde, si opus foret, a columnia, quæ impingebatur, rea mulier vindicaretur. Sed hanc interpretationem textus ipse non patitur, nam per expansum vestimentum virginitatem probari plane affirmat; nec si vitiata matronarum testimonio deprehensa fuisse Sponsa, re integra, maritis illam ducere sustinuerit. Vera ergo est passim recepta interpretatio illius ævi more ad afferendam Nuptæ famam, si per columniam viri periclitari postea contingere, linteum uxori suppositum fuisse, quod sanguine ex primo concubitu, dum uteri claustrum aperitur, defluente imbueretur. Id linte-

linteum, ut credibile, adhibitis testibus, ne aliqua *fraus a parentibus irreperet*, iidem parentes vel apud se, vel apud testes, afferabant, & si opus erat promovebant, & coram *Judicibus* expandebant, ut lege præscribitur, ut innocentia bona famæ possessio constaret, nec ob illa per mariti calumniam dejici posset.

## §. II.

Apud hodiernos quoque Judæos receptum est, ut post primæ noctis cohabitationem 4. sc̄emina juratæ ablegentur, ad hoc, ut visitent, num Sponsa, immaculata fuerit virgo, de quo Rabbinos certiores reddere tenentur, & si contrarium, prærepta scil. virginitas deprehendatur, a marito novo expellitur, omnia ei relinquendo, quæ interim Sponsa data sunt. Vid. KIRCHNERI *Jüdisches Ceremoniel* c. 21. in f. Apud Alexandrinos quoque ejusmodi linea (Φυλάκεια dicta) a Pontificibus custodita fuerunt, si ISIDORO Philosopho, apud PHOTIVM illud testanti, credimus: GROTIUS ejusmodi vestimenta dicta esse vult τὰ ἐμμένεια τὰ γυναικεῖα μολυσμῶν. Vid. SELDEN. L. 3. Ux. Ebr. C. I. Idem fere refert ex OLEARIO, aliisque FELTMANN. ad l. 17. D. de LL. de Moschis & Guzuratenibus Indis, scil. intromissis in thorum conjugibus, esse ibidem etiam, qui ad fores expectarent, donec signo victoriae auditio, in cubiculum ingredierentur, linteumque inde cruentatum ablatum convivis ostenderetur. In quibusdam quoque Hispaniæ Civitatibus adhuc moris esse, ut linteum sanguine Sponsæ maculatum præter euntibus publice per fenestras apertas monstretur, ad exhibendam repartam Sponsæ virginitatem, hæcce in lingua sua proclamantes verba: *Virgem lá denemos!* refert ex aliis VENETTE Tr. cit. P. I. c. 3. Sect. 2. p. m. 74. Idem quoque d. L. de Incolis Regnorum Fez & Marocco refert. Postquam enim Sponsus cum Sponsa thalamum concenderunt & prima post Nuptias cohabitarunt, vetula ad fores jam præstolatur novam Nuptam, & ab ea linteum sanguine signatum desiderat, quod signum devirginationis est. Quo dato, vetula linteum illud amicis ac consanguineis, epulantibus adhuc, exhibet, quantum-

tumve callet, clamitat: *Hunc usque in diem adhuc dum virgo fuit!* Si vero in linteo nulla sanguinis deprehendantur signa, despontata additis ignonimiis ad consanguineos remittitur, immo convivæ tristitia ob id dediti, non assumptis epulis domum se conferre solent. Conf. LEO AFER. L. 3. Hist. Afr. Apud Persas vero, si Sponsam devirginatam jam deprehendat, potestatem habet abscondendi Sponsæ natum, auresve, eamve rejiciendi ac repudiandi. Si vero virgo existat, signum illius vetula Sponfi amicis exhibere tenetur, nuptiæ per 3. dies maximis in gaudiis celebrantur, tertiove die Sponsus Balneum visitat. OLEAR. in Itin. Pers. L. 5. c. 22. p. 318. DAPPER. in Descript. Persie p. 87. 88. De Turcis fere idem refert Frantz Ferd. von TROILO in der Oriental. Reisebeschr. p. m. 714. Apud quos Parentes ac amici despontatorum, postquam hi ab illis lecto destinati sunt, foras expectant, num Sponsus reportæ virginitatis signum monstrare possit, si secus, is habet potestatem, Sponsam repudiandi, eamque Parentibus ejus iterum restituendi. Sin vero Sponsus vel ob vitium naturæ, vel defectum virium, vel ob artes magicas Sponsæ debitum conjugale præstare nequeat, tum is tenetur Sponsæ Parentes consanguineos atque vicinos lauto excipere convivio, multisque contumeliis afficitur. De Incolis Mexicanis refert Joseph a COSTA L. 5. c. 27. quod nova nupta, si deflorata fuerit, deprehensa, ab omnibus, postquam defectus virginitatis aliis detectus, despectui habita fuerit,

## §. III.

Moribus hodiernis, si de concubitu unius despontatarum cum extranea persona constet, repudium conceditur, non obstantibus dissentientibus WESENBECIO, BACHOVIO, BRONCHORST, aliisve. Pro hac enim sententia militat 1) L. 13. §. 3. D. ad L. Jul. de adulst. ubi & in Sponsa adulterium committi dicitur, licet pena adulterii in Sponsa non æque gravis sit, ut in conjugé adulterante. 2) DEVTER, XXII. ubi Lex divina compressam ab aliquo, & postea alteri, ac si virgo esset, nubentem lapidibus obrui jubet. 3) c. 25.

X. de

X. de Jurej. ubi Papa INNOCENTIUS III. dicit, quod vir, qui mulieri, quando contraxit cum illa jurato promiserat, velle se illam semper pro legitima uxore tenere, nihilominus propter fornicationem subsequentem, uxorem, quam duxit, dimittere possit. It. si quis jurasset, se ducturum aliquam in uxorem, propter fornicationem subsequentam, cogi nequeat, ut illam ducat. 4) l. 11. §. 5. D. de Act. Emt. ubi Emtio rescinditur eam ob causam, si mulierem corruptam pro virgine per errorem emerim, quidni matrimonium hoc in casu rescindendum erit? 5) Nov. Leon. 93. ubi 4. ex causis haud contemnendis vetat cognoscere ejusmodi personam. 6) Huc facit, quod Josephus apud MATT. I. 19. a Justitia commendetur, quod cum Maria sibi desponsata, quam ex alio prægnantem suspicabatur, secreto divor-tium facere instituerit, cum alioqui, si res non fuisset integra, judicio experiri potuisset, non sine ipsius infamia & periculo. Huicve sententiæ calculum adjiciunt JCti pariter ac Theologi præstantissimi, MELANCHTHON, B. LVTHERV, BEZA, CARPZOV, HAHN, NEBELCRAIVS, REVSNER, CYPRÆVS, STRYKE, ARVMAEV, GERHARDVS, BEVST, SCHARFFIVS, MULLER, VNGEPAVR, FINCKELTHAVS, HENELIVS ab HENNENFELD, &c. Huncve in modum quoque respondit, Facultas Jurid. Altorffina ap. HENE. de Dotalit. c. 10. Scabini Lips. ap. CARPZOV. P. 2. C. 20. D. 12. sub f. Consistorium Elect. Lips. ad FINCKELTH. obs. 30. n. 81. Inque eandem sententiam Anhaltinis Consistorialibus respondit Facultas Jurid. Lips. teste eod. n. 82.

## §. IV.

An vero hodie repudio locus sit, si Sponsa alias honesta, deflorata, probaverit, se vi stuprum passam esse. Et Resp: affirmando, propterea, quod Sponsa in dolo versetur, quod Sponsum de Stupro hoc non antea certioraverit. Sponsus enim si hoc antea scivisset, eam uxorem non duxisset. WESSENBERG. c. equidem ad tit. D. de R. N. n. 8. statuit, maritum sibi imputare debere, quod in virginitate uxoris inquirenda, non

non satis curiosus fuerit. Cui tamen recte respondet WISENB. ad l. 19. D. de R. I. Erudire debuisset Wesenbeccius Letorem, quomodo in isthoc negotio diligenter sibi ante cavere & prospicere queat, difficilis enim est hujus rei investigatio. Multo magis igitur repudio locus erit, si vi stuprata le nihilominus pro virginе venditaverit, & stuprum dolose celaverit, ubi dolus ei patrocinari non debet STRYK Tr. de Diffens. Spons. Sect. 2. §. 34. An vero adhuc repudio sit locus, si Sponsa deflorata Sponso itidem crimen stupri objicere possit. Multi negant, inter quos & FINCKELTH. obs. 20. n. 85. seq. qui hanc sententiam præjudiciis confirmant, SANCHEZ de Matrim. L. 1. Disp. 63. n. 9. CYPR. de Sponsal. c. 13. §. 57. n. 2. Rectius tamen CARPOV. L. 2. f. Consistor. d. 88. & cum eo alii hic locum repudio concedunt, idque ita in Supremo Saxon. Consistorio observari refert NICOLAI de Repud. & Divort. c. 2. n. 66. Add. STRYK. l. c. De Jure Prutenico L. 2. T. 4. A. 2. §. 1. si Sponsus Sponsam defloratam esse afferat, idque non sit manifestum, ex graviditate scil. separatio non conceditur, nec Sponsus ad prolixam probationem, cui se submittit, admittitur. Si autem manifesto constet de virginitate prærepta, matrimonium dirimitur. Præsupponendum tamen hic hoc in casu requiri 1) ut maritus virginitatis amissionem ignoraverit, quam ignorantiam juramento probare tenetur. 2) Ut Sponsus, postquam de Stupro Sponsa scientiam sibi comparaverit, a concubitu mox abstineat. GRUBE in Compend. Jur. Prut. ad d. l. ubi & ita pronuntiatum ex COEPPEN. in Us. pr. f. L. 1. O. 50. n. 21. 22. refert. In casu tamen, si Sponsus æque stuprum commisit, repudio non est locus de Jure Prut. l. c. §. 2. sed delicta compensantur, non tamen exclusa poena. Locum igitur tunc apte sibi vindicat illud, quod CVSPINIANVS de uxore adultera, Sigismundi Imp. itidem adulteri, adulterium sibi invicem ignorantibus scribit: *Cornua qui faciunt, non cornua ferre recusent.* Is tamen qui Sponsa alterius stuprum intulit, ad satisfactionem tenetur, imo de Jure prut. L. 6. T. 6. A. 1. §. 4. hoc

hoc in casu relegatio perpetua cum fustigatione locum habet, ibi: Wärde auch jemand eines andern gewisse Braut, che dann der Bräutigam hengelegen - - - beschaffen, dieselbe sollen mit Staufen-Schlägen des Landes ewig verwiesen werden. Ac ita in Judicio Aulico pronunciatum refert *D. Grube in Compend. Jur. Prut. ad h. §. 4.*

## §. X.

Si autem Sponsa stupri cum extraneo inculpata hoc constanter neget, Sponsa vero matrimonii dissolutionem urgeat, regulariter hodie ad ocularem inspectionem recurritur, nec dissolutio procedit, nisi prius de corrupta virginitate ex oculari inspectione constet, & Sponsus, se eam non cognovisse, Jurato deponat. *RANGER. Disp. de Ocul. Inspecc. c. 3. n. 16. seq.* Munus vero hocce ordinarie obstetricibus injungitur, secundum quarum dicta & narrata Judex pronunciare solet. Inde *CYPRIANVS* virgines Deo dicatas per manus obstetricum tentari jubet, *Lib. I. Epist. c. 10. c. 27. qu. 1. c. 4. X. de probat.* Et eundem Processum Parisiis secundum illius Civitatis Constitutiones observari, testis est *VENETTE d. Tr. P. 2. c. 2. p. 97.* ita ut feminæ certæ, jumento ad hoc obstrictæ, in casu Stupri, ex inspectione ventris, de eo Judicem certiorem reddere teneantur, qui secundum eorum attestatum sententiam fert, ubi & ejusmodi Attestatum Matronarum juratarum additis signis deperditæ virginitatis, exhibit, quæ tamen in totum rejicit. Ad hanc tamen inspectionem non sufficere visum, ut inspiciant, sed & tactum requiri, ut scil. tangent ventrem & pudenda mulieris, volunt *PACIANVS & ARETINVS. STRYK. de Jure Sensuum. Disp. I. c. I. n. 50. seq. SCHVLTZ. Disp. de Manu oculata. c. 2. §. 5.* Cautela etiam traditur obstetricibus, ut ante ventris inspectionem virgo aqua calida, vel in balneo prius lavetur, uti ex *HOSIENSI in c. 10. X. de frigid. observat HERMENEGILD. de ROXAS Tr. de incompatibilit. P. I. c. 9. n. 9. apud STRYK. l. c. cap. 2. §. 38.* devirginatæ enim, ut arcta & tanquam virgines intactæ appareant, uti solent medicamentis austerioris & restringentibus, vel aqua

frigida corpus lavare solent. Sed an obstetricibus in re tanti momenti dijudicanda fides sit habenda, valde dubitandum est, cum sane ejusmodi muliercula veritatem hujuscemodii penetrare non possint, cuius fundamentum celeberrimis Anatomicis non extra omne dubium positum est. Hinc multi, qui virginitatis notis fidem tribuunt, suasores sunt, ut in dignoscenda virginitate, licet pudor ac feminini Sexus reverentia contrarium suadeat, & masculi periti adhibeantur, si res magis medicam prudentiam, quam communem obstetricum notitiam requirat. STRYK d.l. c. 2. §. 32.

## §. VI.

An vero certa dentur Virginitatis nota? quæstio est inter multos sat agitata. Multi virginitatis notam hymen esse statuunt, quod in cute quadam perforata consistere, per cervicem uteri transire, prima vice concubendo dilacerare ac sanguinem edere dicunt. Inter hos tamen quidam illud pro necessario omnium virginum habent requisito; quidam vero concedunt, hymen illud apud virgines saepè inveneri, sed non apud omnes, nec infallibilem esse virginitatis notam, ita ut ejus existentia virginitatem comprobare, ejus defectus vero eam destruere valeat. In primis hanc virginitatis notam, ut plane fallibilem rejicit præter CAPIVACIVM de Sign. Virginit. aliosve AVGENIVS Tom. 12. Epist. & Consult. Medicin. Lib. I. Neque in eo ab AVGENIO divertit SEBIZIVS de not. Virginit. quod hymen non apud omnes reperiatur virgines, licet in variis capitibus ei contrarius sit. Imo cum hymen varie a Medicis describatur, sequitur nihil certi de hymene statui posse, & inde nec infallibilem virginitatis notam esse. Multi etiam Medicorum virginitatis notam in effluxu sanguinis, & arctitudine seu angustia quarunt, dque ortum ex hymene vi dilacerato habere adstruant. Sed effluxum sanguinis quod attinet, eum tum ex rupto hymene, si adsit, tum ex dilaceratione arteriarum subtilium in collo uteri provenire, si illud desit, statuit SEBIZIVS. Hinc S. Litteræ generaliter tantum linteamenta sanguine maculata adducunt, non facta mentione, unde hic

S. Litteræ

hic sanguinis effluxus proprie originem habeat. An vero infallibile sit signum virginitatis sanguinis effluxus, & arctudo<sup>3</sup> disceptatur. AVGENIVS id negat, cum PARAO & PINAO de not. virginit. c. 6. ajunt enim, deficere posse sanguinis effluxum, non tamen cessante virginitate, si a parte mulieris partes genitales, vel per morbum, vel per menes molles redditæ, ita ut pro lubitu se extendere possint. It. si muliebria sint longe patentia, membrum vero virile sit parvum, nec crassum. It. si foemina senectute laboret. E contra sape stupratam sanguinis laborare posse effluxu, si tempore coitus menses fluant; vel collum uteri a natura nimis angustum sit, & viri penis crassus; vel si foemina per medicamenta adstringentia & corrugentia angustiam cervicis sibi procuraverit, quod & honestæ foemina voluptatis ergo, meretrices vero ad comprobandum virginitatem facere solent. Sed obstat videtur, Israëlitarum tempore effluxum sanguinis infallibile fuisse signum virginitatis, vid. DE VT. XXII. AVGENIVS cum LYRA & Rabbinis hunc locum metaphorice intelligit, ita ut expandere vestimenta seu lnteamina idem sit, ac accurate in rem inquirere, an Sponsa ante concubitu adhuc dum virgo fuerit, nec ne? & quæ sunt cetera. Sed rejicit hunc sensum allegoricum SEBIZIVS, & cum eo MENOCHIVS, (cujus verba supra §. 1. in f. conscripsi) adstruentes, tempore Israëlitarum id omnino semper virginitatis fuisse signum, quod expresse S. Literæ dicunt, Sponsæ parentes ejusmodi lnteamenta semper conservasse, ut necessitate postulant virginitatem probare possent. Causam, quod semper apud Israëlitarum Sponsas sanguis in primo concubitu visus fuerit, SEBIZIVS juvenili adscribit atati, cum Sponsæ tum temporis mature sponsarentur, & Lege Mosaica ejusmodi observatio mandata esset. Hodie vero apud multas virginis effluxum sanguinis in primo coitu cessare, cum saepe annosæ nuptias contrahant, tumque senectus, vel alia causa sanguinis impedimentum esse possit. In virginibus vero juvenibus nec hodie sanguinis signum cessare, idem affirmat.

## §. VII.

An dolor in primo congressu ad virginitatis indicia jure  
I 2 referri

referri possit, quæstio est? Affirm. multi, rectius tamen negatur; si enim, qui jam concubitum anticiparunt, dolores quoque sentire possunt, si penis mariti nimis sit crassus; vel si coitus nimis celebretur violentia; vel si morbus muliebria coactaverit. Quod vero virgines prima vice concubentes ejusmodi dolores sentiant, ex nimia angustia colli uteri originem habet, quod in primo congressu vi extenditur. Arctitudinem vero ejusmodi & arte procurari posse, jam ante innuit. Hinc mentionem initit **V E N E T T E**, laudato Tract. P. 2. c. 2. ex A Q V A P E N D E N T E, ancillæ cujusdam, cui nec omnes omnino Aquapendentis discipuli virginitatem eripere potuere, & ex parte virginis Parisiensis, filiæ Aurisabri cujusdam, quæ gravida facta, illæsa tamen virginitate, cum tamen nec dicta ancilla, nec virgo Parisiensis, in numero Virginum amplius habitæ fuerint. Ergo & hocce fallit signum. At vero Lac in mamicis novæ ruptæ repertum, atque mamillarum tumor, juxta versus:

*Mammæ crassities, & perturbatio ventris,*

*Ex Mollicrato conceptus Signa probantur.*

infallibile sit signum desperita virginitatis, queritur? Nullis id esse momenti, & saepe fallax, deducit cit. **V E N E T T E**. P. 2. c. 2. p. m. 88. inter alia referens; quod tum marium, tum foeminarum virginum prostent exempla, qui lac edidere, licet virgines nunquam ad ultimam amoris lineam pervenerint, inveniunt, inveniunt nullum conceptionis fuerit periculum. Hinc refert **C A R D A N V S** L. 12. de **S u b t i l.** de Antonio Benzio, eum tantam in mamicis lactis habuisse copiam, ut proli alimenta præbere potuerit; quod & varia Itineraria de maribus Americanis refertur. Idem de certa quadam Familia Danica refert **B A R T H O L I N V S** in *Observ.* *Anatom.* & de Rustico quodam, Bellardino di Billo, in pago habitante Somareggio, ad urbem Umbricam Noceram spectante, observat **P a u l . B a c c o** in *Observ. Natural.* eum post uxoris suæ obitum, infantem relictum mamicis suis per aliquot menses nutritisse. Aliorum de hisce testimonia adfert **A N T O N . L E G R A N D** in *curioso Rer. abdit.* *Naturæque arcan. perscrut.* p. m. 312. Imo quod mamillarum tumorem attinet, refert cit. **A N T . L E G R A N D.** p. m. 936. cicutam ea pollere efficacia, ut contusa cum

cum umbella, atque virginum mammillis imposita, tumorem & excrescentiam prohibere valeat. Nutrimentum forte impedit, quo minus augeantur. Aliud remedium a RONDELITIO multis experimentis comprobatum *idem l. c. de Pisce suatinus* refert. Imo ex assiduo & nimio salis usū lac in mammillis paulatim deficere *Idem l. c. p. m. 108.* notat. Ideoque & hæc no-  
ta est fallax.

### §. VIII.

Nec virginitatem amissam adstruit mutatio vocis virgi-  
num. Evidem ejusmodi mutatio signum est haud fallax, vir-  
ginem pariendi nuncjam præditam esse potestate, juxta cit. VEN-  
NETTE P. 2. c. 3. Seçt. 2. p. m. 120. ut & CAPIVACCIVM, sed  
num exinde Virginitatis laſio colligi possit, vix quisquam jure  
adstruet. Quidam deperditæ virginitatis notari constituant in  
rugis ventris. Sed fallere id fere semper, probat PINÆVS cit.  
quod foeminae, partum quæ aliquoties jam edidere, reperian-  
tur, quæ ejusmodi rugis caruerunt, imo facili negotio adversus  
eas post partum remedium parari, ut nunquam conspiciantur.  
E contra idem refert, multas inveniri mulieres, quæ nunquam  
partum ediderunt, item masculos, qui ejusmodi rugis labora-  
runt. Sæpius enim eas in personis ejusmodi conspicisci dicit,  
qua hydropæ laborarunt, ita ut expanso per aquam ventre,  
morbove remittente, rugæ ordinatie sese exferant. Multa alia  
futilia, pro veris depravatae virginitatis notis venditant. Inter  
quas referunt menses suppressos, appetitum dejectum, vomi-  
tum & nauseam ante prandium, inspectionem lotii si illud al-  
bum, clarumque fuerit, inve eo atomi ascendentes & descen-  
dentes apparuerint. It. si arteriæ gulæ plus justo pulsent si len-  
tigines in facie mulieris oriuntur, capita mamillarum si fuscum  
habeant colorem. Ad hæc signa referunt & Pondus circa pe-  
sten, umbilici egressum, venas tumefactas in narium angulis  
juxta lachrymalia, uteri orificium clausum, quæ omnia tamen  
signa nullius momenti, ac etiam in vere virginibus aesse pos-  
se, judicat cit. ANT. LE GRAND. p. m. 60. seq. Captu quoque  
difficile est, quomodo foeminarum ex oculis certum Status  
incorrupti criterium desumi queat, prout apud ASCHYLVM in

*Toxodite non nemo se inde colligere posse, jactavit. De quo  
ÆSCHYLUS in notis ad Solinum sunt restituti versus, & sec. SAL-  
MASIVM ita se habent:*

*Ritu pueris nuptiali expertibus  
Immotus oculus in terram defigitur.  
Nec me pueræ lumina exarcentia  
Fallant, experta si quam jam fuerit virum,  
Animus mihi ista discernendi gnarus est.*

## S. IX.

Vult tamen ANTON. LE GRAND l. c. solo Metrenchitæ auxilio experiri posse, num muliere grava sit, nec ne? Alii alia in medium proferunt experimenta, quibus virginitatem cognosci autmant. Sic SCALIGER in Comment. L. 2. Hist. Animal. tit. 51. vult; eam adhuc virginitatem servasse quæ lotium altum versus pulsare possit mingendo; e contra defloratam esse eam, cuius lotium semper terram versus decurrat. Add. alia experimenta virginitatis apud SEBIZIVM. Ita & ex PORTA refert cit. ANTON. LE GRAND p. m. 239. Lapathium majus in aperienda mulierum virginitate magna esse virtutis. Si enim ex hujus foliis suffumigium paretur, hæcque super ignitos carbones injiciantur, ut effument, ubi mulierum sit corona, cum odor ad mulieris pudenda pervenerit, urinam constringi, si virginitas adsit, urinam vero emitti, si copulata jam dudum fuerit viro. Ejusdem efficacia quoque esse lignum Agalochum sive Xilvaloem, vel semen Portulacæ, si super carbones injecta effument, ut ad pudenda muliebria odor penetrare valeat; morvi enim tunc urinam quanto citius in defloratis, secus vero in virginibus idem scribit.

## S. X.

Sed ejusmodi num experimenta tantæ sint efficacia, ut iis fides tuto adhiberi, ac Judex in controversiis matrimonialibus, ubi de virginitate læsa lis est, secundum ea sententiam ferre possit, totus dubito, atque fateor, saepius injustam Judicem esse laturum sententiam, si propter hanc vel illam virginitatis notam putativam in defloratam animadvertere velit, in primis cum & PINÆVS cum aliis confiteatur, virginitatem & sine coi-

cu

tu perdi posse. Cautus hinc sit Judex, nec nimis credulus. Obstetricum enim asserta ex ignorantia originem habent, cum in Physicis vapulent, nec gravissimis Medicis constet, quæ veræ sint virginitatis notæ. Inde & laudatissimus Nic. VENETTE d. Tr. saepius confitetur, nihil esse difficilior, investigatione virginitatis, cui & adstipulatur AVITOR des Histor. Schau-Plates Naturi. Curiosit. P. 2. Disc. 16. p. 275. Et CVIACIVS Lib. 17. Observ. c. 20. existimat, impossibile esse, de ea certa quædam præscribere velle signa, nec adesse exemplum, ubi ejusmodi officium obstetricibus commissum fuerit, nisi quod tantum experiri debeant, utrum foemina sit gravida, nec ne? Licet hæc sint contra quotidiam experientiam, dum hodie sape ejusmodi mulierculæ superstitione ac nimis credulæ, ex signis sane ridiculis virginitatem amissam comprobare volunt. Conf. & RANCHINV de Morbis Virgin. Seft. 1. c. 3. §. 4. Nullum aliud igitur virginitatis conservandæ novit remedium cit. VENETTE nisi, ut Parentes filiarum consuant pudenda, quem Processum cum virginibus Africanis institui, idem ex Petro BEMBO notat. Idem confirmat ex LINTSCHOTTI Part. 1. Navigat. Orient. c. 17. Erasm. FRANCISCI L. 3. des Geschichts-Kunst-und Sitten-Spiegels p. 939. de incolis Regni Pegu, inquiens. Man findet etliche unter ihnen, welche ihren Æchtern, wenn sie gebohren werden, die Scham zunehen, lassen ihnen nur ein klein Lächlein, dadurch sie ihr Jungfräulich Wasser abschlagen mögen, wenn sie denn erwachsen und verheyrathet werden, so mag sie der Bräutigam ausschneiden, nach seiner Bequemlichkeit, solche Wunde wissen sie mit einer sonderbaren Salbe wieder zu heilen. Wie denn Lintschott dieser Weiber eine zu Goa gesehen, so von einem Medico am Hofe des Ethz-Bischoffs dasselbst aufgeschnitten worden. Vel cui hocce non arridet remedium, Italorum commendatur Cingulum Castitatis, cuius usus apud Italos Zelotypiæ deditos satis approbatus, alias vero apud Nationes parum notum est. Depingit hocce cingulum Libellus Gallicus, cui inscriptio est: L' Amour en Fusoir ou les Excès de la Jaloufie Italienne p. 21. inf. hisce verbis: Cette Ceinture de Chasteté s'est ainsi qu' on l'appelle consiste en un petit grit, joint à quatre chainettes d' acier, deux desquelles le soutiennent par devant,

vant, & deux par derriere. Les extremitez des chaînes prennent fort juste sur les reins, & s'y joignent par le moyen d'un cedena fort feur & dont les ressorts ne sont ordinairement connus qu'à celui qui les a fait, & au Mari qui en est le Maitre ; pour ce qui est du gril, il est de la longueur de cinq doigts, & de la largeur de quatre, il est composé d' Or, d' Argent, d' Acier, de Fer, le Cuivre, ou de quelque autre Metal, selon les moyens du jaloux qui le fait faire. Sed e diverticulo jam in viam. Totam inde inspectionem corporis, & ex virginitatis notis Judicium rejicit SCHIFOR DECKER VS de Jure Regni Bohem. heredit. tit. 3. c. 46. §. 3. cuius verba hic conscribere juvabit. Si ad Ius divinum, inquit, eamus, legimus in veteri Testamento obstetrices, sed non inspectrices, uti loquitur Ambros. Lib. 8. Epist. 64. Neque alia putet se posse hæc excusatione defendi, quod & inspici & probari possit, an virgo sit, cum & manus obsteticum, & oculi sepe fallantur. Et si incorrupto inventa fuerit virgo ea parte sui, qua mulier potest esse, potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, que corrumpi potest, & tamen inspici non potest, ex sententia Cypriani. Lib. 1. Epist. 11. Imo si obstetrix virginis cuiusdam integratatem manu velut explorans sive malevolentia, sive inscitia, sive casu tum inspicit perdidit : non opinor, tam stulte quenquam sapere, ut huic periisse aliquid existimet de ipsius corporis sanctitate, quamvis membra illius integritate jam perdita, uti nos docuit Augustinus de civ. Dei Lib. 1. c. 8. Nec multum facit, quod canentes quidam id videantur permettere. Nam primum si secundum canones agere volumus, mirum in modum increpat Ambrosius Syngrium Varonensem Episcopum, qui virginis accusatae stupri secreto genitalia inspici jussérat, ad reprehendenda libidinis vestigia lib. 8. epist. 64. Præterea non deterruerunt hujusmodi canones illos, qui dixerunt, leges Pontificias nulla ratione id permisisse. Tiraq. in leg. connub. 4. n. 22. Ang. Matth. de leg. & fideicom. lib. 3. cap. 18. num. 9. Horat. Augenius insignis medicus epist. & consult. medicin. tom. 2. lib. 1. epist. 1. cap. 7. & 8. Sin vero ad Ius humanum veniamus, quidni dociles præbeamus aures eruditissimo Cujacio, qui scribit : An sit virgo, est in difficii ac pene impossibili, nec hujus rei unquam legitur obstetricibus delatum arbitrium. Observat jur. lib. 7. cap. 27. Denique si rationem consula-

mus;

mus: illa certe nos erudit, quod inspectio ista penitus falsa sit, uti ad  
 veritatem mirabiliter investigavit Augen d. lib. 1. epist. 1. æquo  
 omnia hausit, ut fatetur, Matheac. de leg. & fideic. lib. 3. cap. 18.  
 Unde & pragmatici quidam tradunt, probationem virginitatis per  
 manus obstetricum esse fallacem, post Butrium, Anchoranum Abba-  
 tem, Menoch. lib. 6. præsumpt. 89. n. 14. Haec tenus SCHIFOR-  
 DEGKERS, qui vehementer improbat in Elisabetha, Wences-  
 lai Bojemæ Regis filia, tam ineptam cognitionis solennitatem,  
 tamque captiosam judicandi formulam fuisse adhibitam, quam  
 ipsam animadversionem, ait, se ante plures annos, in Academia  
 Florimontana, præsentibus Francisco Episcopo Gebennensi, &  
 Antonio Fabro præside Gebennensi & Sabaudiæ, Viris illustri-  
 bus, non sine applausu proposuisse. Notis igitur virginitatis,  
 speciem aliquam præ se ferentibus hactenus conscriptis, si effe-  
 ctus aliquis sit attribuendus, dicendum, notas quidem dictas ex-  
 istere posse, sed non esse eas proprias, certas & inseparabiles, sed  
 probabiles, communes & separabiles, in quibus conveniunt C A-  
 PIVACCIVS, AVGENIVS, SEBIZIVS, aliquique ap. T I L E M A N N.  
 in Disp. de Jur. circa Nuditatem c. 3. §. 4. citati. Recte hinc di-  
 cunt, argumentum quidem ex relatis jam signis desumptum, af-  
 firmative concludere, scil. ubi hymen adest, ubi genitalium an-  
 gustia, ubi materia sanguini similis primo in coitu effluit, ubi do-  
 lor in primo congressu, ibi virginitas; sed non negative, ubi hæc  
 desunt, ibi & deest virginitas. Laudandum igitur hoc in casu  
 Jus Prussicum, quod in casu, ubi Sponsus probare annititur,  
 Sponsam ab alio esse defloratam, non aliter admittit separatio-  
 nem, nisi manifeste probatum fuerit Stuprum illetum, scil. si  
 graviditas adsit fol. 362. A. 2. ibi: Welches geschicht, wann die  
 Braut nicht schwanger befunden. Imo si Sponsus se prolixiori  
 probationi submittat, non admittitur ad eiusmodi probatio-  
 nem. Notas tamen virginitatis quasdam, & quidem vulgares  
 que sunt obstetricibus, agnoscit & Jus Pruss. L. 6. T. 2. A. 4. §. 3.  
 dum modus procedendi præscribitur in casu, si puella de edito  
 partu sit suspecta, quam suspicionem editi partus credit, si puel-  
 la ante ventre elato atque insolito visa fuerit, post ventis tumor  
 cessaverint, ac puella pallida ac debilis facta fuerit, quo casu in-

spectio genitalium foemini in eo versatis injungitur, ibi: Sol sie durch verständige Frauen an heimlichen Orten, als zu weiterer Erfahrung dienlich ist, besichtigt werden. Quæ si suspecta deprehendatur, & nihilominus facinus perpetratum inficias ire velit, torturæ subjici jubetur Jure Pruss. d. l. Loquitur equidem hic textus non de Sponsa, cui quæstio de præcepta virginitate moveretur, sed de persona Sponso nondum juncta, ac de Partu jam edito ac occiso suspecta; attamen idem quoad notas virginitatis in h. l. illo casu ferendum judicium. Longobardi tamen aliæve gentes olim inculpationem stupri Judicio Duellico durchs Kampff- und Kolsben-Recht, aut Sacramento decidi jubent. Ita enim Lex Longobardorum Lib. I. Tit. 32. c. 3. *Si quis alii crimen de uxore sua miserit, quod cum ea fornicatus esset, licet ei, cui crimen mittitur, aut sacramento, aut per championem se purificare: & si ei probatum fuerit, animæ sua incurrat periculum.* In causa stupri & obtinuisse Judicium per ferrum candens, Judicium aquæ vel calidæ vel frigidæ, Judicium Crucis, ossam Judicialem & caseum execraturum, it. purgationem Canonica per Juramentum, non difficile esset probare, sed mitto hæcce, B. L. inter alios ad STRV VII Historiam Juris c. 9. §. 5. seq. alegans, qui hasce probationes in compendio, adductis exemplis illustrantibus, refert.

## CAPVT III.

### *De Tempore, quo debitum conjugale præstandum.*

#### SUMMARIA.

**S. I.** Romani uxorem ducebant Librorum procreandorum causa. **II.** Ebrei cuivis, etiam absenti, certum determinarunt tempus, intra quod uxori debitum conjugale præstandum. **III.** Lége Mosaica Maritis præceptum erat, ut a congressu Uxorem tempore fluxus menstrui abstinerent. **IV.** Egypiorum Sacerdotes ante cultus sacri celebrationem; Turce & Persæ mense Ramazan, a mulierum coitu abstinebant. **V.** Quoties hodie debitum conjugale sit præstandum? **VI.** Alter conjugum si debitum conjugale reddere recuset, quid hodie juris? **VII.** Quo præcipue anni tempore, quave diei hora, magis conducibile sit ut novi conjuges ad ultimam amoris lineam perveniant? **VIII.** Quali artificio novi conjuges filios masculos suscipere valeant? Colophonem addit huic materia memorabile monumentum Q. Serullii, prima Nuptiarum Nocte in ipso actu conjugali, domus maritalis lapsu, una cum uxore necati.

**§. I.**

## §. I.

**N**OVAE desponsatae personae, dum consenserunt in matrimonium, & can-sensisse videntur in copulam carnalem. Cum enim matrimonii fi-nis primarius sit procreatio Sobolis, quæ Nuptiarum dicitur præmium, quo absque pudore foeminae carere nequeunt, iisque haec sola causa sit nubendi, ut pariant, hinc merito pii appellantur Patres, qui liberorum procreando-rum causa nuptias contrahunt, in l. 220. §. 3. D. de V. S. Imo Lege Julia Narbona testato deponebatur, liberorum quærendorum causa uxorem duci, eaque formula tabulis Nuptialibus inseri solebat, quod præter alios ipse et-iā AVGUSTINVS docet, Sermonе 244. inquiens: *Denique ipsæ tabule matrimoniales hoc continent: LIBERORVM PROCREANDORVM CAV-SA.* Imo singularem Rom. inter conjuges olim deprehendimus pudici-tiam, quod abstinuerint a concubitu, si comperti fuerint, ex concubitu jam uxorem concepisse. Ita enim AVGUSTINVS lib. 3. contra Julianum scribit: *Pudicitia conjugalis facit, quod prescribunt tabulae matrimo-niales: ne ultra, quam generandis filiis satis est, conjugis corpus attrecte-tur.* Facit huc exemplum singulare Zenobia, Palmyrenorum Reginæ, quæ tantæ castitatis fuisse dicitur, ut ne maritum quidem suum admitteret, nisi tentatis conceptionibus. Nam cum semel concubuisset, exspectatis menstruis se continebat, si prægnans esset: si minus, potestatem quærendis liberis dabat, ut refert TREBELLIVS POLLIO. SALMVTI. IN PAN-CIROLL. res desperdit. P. 2. tit. 10. p. m. 187. Sed valde dubito, an gens Romanorum omnis tantæ fuerit castitatis, ut Tabulis matrimonialibus ex-auste fatisficerit, aque concubitu imposterum abstinuerit, si sciverit, uxo-rem jam concepisse. Imo cum Rom. gens ob libidinis extinctionem quo-que matrimonium inierit, vix speranda fuit ejusmodi castitas, qualem Ta-bulæ matrimoniales in Conjugibus desiderarunt.

## §. II.

Contentiones vero cum sepe maritum inter & uxorem nasci videoas, dum foemina conqueritur, maritum non reddere debitum, quoties illud ab eo desideret; inde Hebrei & hisce invigilarunt, Legesve includi voluerunt, quod quilibet maritus, pro diversitate officiis ac muneris, vicibus, uxori debi-tum conjugale præstare teneatur. Licit enim regulariter maritus obstri-cus esset, ad reddendum debitum conjugale pro ratione virium suarum, & assueret cui addictus est opera, restringebat tamen hocce debitum maritale vel votum, vel absentia, vel munus aliquod impediens. Votum quod at-

tinet, ex mente Jutorum statutum, ne maritus voto se obstringat ab uxoris coitu per plures, quam 2, hebdomadas, circa quod tamen controversia orta inter Scholam Hillelis, & Scholam Schammaeanam. Illa statuit, ne votum unicum excedat septimanam, ob immunditatem maternam post partum masculum, LEVIT. XII. 2. & immunditatem foeminae menstruam, 7. diebus præfinitam. LEVIT. XV. 9. Hæc vero votum extendebat ad binas septimanas, ratione eruta ex Levit. XII. 1. quia immunditiae maternæ, post partum foemineum, tot præscripti erant dies. Cessante vero voto, Studiosis Legis nullum certum debiti hujus præstandi ergo erat præfinitum tempus ob rationem, quia nulla in eos uxoris exigendi debiti fuit potestas. Secundum tamen Mischna, intra dies 30. erat præstandum. Si autem eis nulla ob sit absentia, aut aliud urgens impedimentum, volunt Talmudici, ut quilibet hebdomade a Sabbathi scil. nocte, in noctem Sabbathi, officio suo maritali fungantur, modo eis vires sufficient. Juvenibus vero otiosis ac strenuis hocce debitum conjugale quotidie erat injunctum. Operarii bis quavis hebdomade conjugi satisfacere tenebaritur, si scil. in urbe degebant, semel vero tantum quavis hebdomade, si extra urbem, vel locum domicilii ordinarium se sustentabant, & idem asinarii erat præscriptum tempus. Mercatoribus camelos ducentibus, tempus 30. dierum, & nautis tempus semestre, præstandi uxori debitum maritale, præfixum erat. Brevissime haec tenus dicta, paucioribus exhibet Mischa, tit. Cethuboth cap. 5. cuius versio, uti etiam SELDEN. de Ux Ebr. L. 3. c. 6. exhibet, ita sonat: *Ubi maritus voto se obstringit ab uxoris concubitu, seu lexi ut vocant ministerio, per binas hebdomadas uxori expectandum erat, juxta sententiam Schole Schammaea.* Atqui ex Hillelis Schola sententia per hebdomadam unicum. Discipuli excipiuntur propter Studium legis, urrepte in quos non est uxoris hec potestas, per dies 30. Operarii seu artificibus hebdomas præfinitur unica. Quod vero ad conjugale debitum in Lege memoratum attinet Juvenes otiosi, strenui, ad illud singulis obligantur diebus, operarii binis in hebdomade vicibus. Asinarii (villici ac rustici, qui proveniunt ex agris villisque opportant) semel in hebdomade; qui cum Camelis Mercaturam exercunt (qui e longinquo onustis mercibus Camelos ducunt) semel in diebus 30. Nautæ, (qui aperti mari spatia metiebantur) semel tempore quolibet semestri, quod ex sententia Rabbi Eliezeris dictum. Qui plura circa hanc materiam desiderat, audeat, cit. SELDEN. qui in pertractanda hac materia prolixè occupatus est, & qui hæc excerpta debeo.

§. III.

## §. III.

Lege quoque Mosaica Maritis praeceptum erat, ut a congressu uxorum tempore fluxus menstrui abstinerent. Lex extat L E V I T. XX. 18. ibi: *Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficiuntur ambo.* Cujus Legis rationem in eo ponit M E N O C H Lib. 3. de Republ. Hebr. c. 21. in f. quod noxas proli tunc genita credatur imprimere profluvii illius vitiosa & virosa conditio. Hoc profluvio enim nihil magis monstrificum repetiri, ait, dum ipsius tactu fruges steriliscunt, hortorum germina exuruntur, fructus arborum, quibus infederé menstruatæ, delabuntur, speculorum fulgor hebetatur, ferri acies, eborisque nitor, perstringitur, apes emoriuntur, canes in rabiem aguntur, qui sanguinem illum gustaverunt, & quibus dentem infixerunt, insanabili veneno cruciantur, & intereunt. Referente M E N O C H. l. c.

## §. IV.

Sacerdotes Ägyptii eo tempore, quo sacrum aliquem cultum erant celebraturi, per Septimanias aliquot sese præparabant, & præter ablutiones quotidianas, animalibus omnibus abstinebant, & ab omni olere ac legumine, sed præcipue a mulierum consuetudine. Herm. W I T S 11 Ägyptiacæ Lib. 1. c. 6. §. 11. De Turcis & Persis quoque notandum, quod apud eos mensis Ramadhan, Ramazan vel Ramassan, qui nonus anni mensis est, & Augusto nostro correspondet, sacer sit, propterea, quod hoc mense Mahumendi Liber Alcoran missus sit, hinc sub poena ultimi supplicii prohibitum apud eos est, ne quis hoc mense diei tempore edat, in primis vero Vino & uxorum cohabitatione abstinere debent. Hinc Arabes hunc mensem Schach rossabri, sive mensem abstinentie & patientiae appellant.

## §. V.

Hodiernis moribus non ita tempora definita sunt, quibus uxori debitum maritale sit, vel non sit præstandum, sed hisce maritus invigilat, quantum fieri potest. Fœminæ equidem & hodie ejusmodi inveniuntur, quæ insatiabiles plane a maritis debitum conjugale, pro lubitu & libidine, supra modum exposcunt, licet non ignorent, id cum detimento maximo fieri maritorum, si toties operam dent libidinosis amplexibus, quales fœminas Satyrice satis depingit Italus. Anton. Cordus V R C E V S, inquiens: *Nostra fœminæ similes sunt Sacerdotibus.* Sacerdotes enim nostri semper illas in ore preces habent. Da, quæsumus, præsta, quæsumus, concede, quæsumus. Sic & nostræ fœminæ, maritis orantibus: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos*

dimitimus debitoribus nostris, instant & inclamant: Da debitum, presta debitum, redde debitum: quod debitum redde decies, redde centies, nihil reddidisti, nihil egisti, ad initium semper redeundum es. Vah, quæ Charybdis tam vorax, ut mulier! nihilominus tamen, Lex publica debiti conjugalis præstationem certis non circumdedit limitibus, nec accusandi ob id uxori locus non datus, si maritus hocce debitum non semper ad nutum uxori præstet, sed sufficit, maritum plane non negligere officium maritale. Attra- men suadent Medici, ne maritorum concubitus nocte vel die quinque ex- cedat vices, superfluam enim cohabitationem marito esse pericolosam, licet uxor nihilominus infatibilis permaneat. VENETTE d. Tr. c. 7. Idem aby- sus libidinum & in maritis conspicitur, quod VENETTE d. I. singulari con- firmat exemplo uxoris cuiusdam, Cataloniensi nupta viro, quæ Regem Ar- ragoniæ tum temporis regnantem supplicando adivit, ejusve opem adversus nimiam mariti cohabitationem imploravit, seque diem supremum mox es- se obitaram, ni nimis hisce amplexis libidinosis termini ponerentur. Rex igitur maritum hac de re compellans, ex eo percepit, eum quamvis no- cete uxori decies debitum reddere conjugale, quo dicto, Rex ei sub pena ca- pitali interdixit, ne plus, quam sexies quavis hoc præstaret nocte. Idem & de Sapientissimo refert Solone, cum civibus suis mandato injunxit, ne quis uxor plus tribus vicibus quovis mense hocce debitum exsolvat. Cauti sint igitur in eo conjuges, ne nimio concubitu vires debilitentur, in primis, cum non cuivis Nationi idem sit calor & potentia generandi.

## §. VI.

Sed cum eveniat, ut vel uxor, vel maritus in reddendo debito nimis sint refractarii, nullo modo horum animi, ad præstanta ea, quæ sibi invi- cem debent, persuaderi possint, hoc casu, ad cohabitationem mutuam adigi possunt, licet etiam alter conjugum continentiam voverit, non enim votum in alterius obligat præjudicium. Cum enim ex legitimo conjugio uxor oria- tur personarum in primis mutuum, consistens præcipue in mutuo amore, ac perpetua vita consuetudine, ut & in exhibitione debiti conjugalis & libero- rum procreatione, sequitur refractarios ad ea jure adigi posse. Imo si vir aut uxor, extreme refractorius, vel refractaria sit, divorcium peti potest a de- sertore, vel a desertrice. De Jure Prutenico, si alter conjugum cohabitare recusat, sine justa causa, per Decretum ad id compelli jubetur. Decreto vero si parere nolit, pignoribus captis, vel carcere, aliave pena persona re- fractaria ad cohabitationem compellenda. Cogit si nec dicto modo possit,

pro-

processus contra præsentem instituitur, quæ si nihilominus contumax perfeveret, divorcium locum habet, partive innocentia secundæ permittuntur nuptiæ, pars vero nocens relegatur. *Pr. l. N. fol. 364. A. 4.* De Jure Hebræorum si uxori debitum conjugale marito ex importuna Sexus procacitate deneget, *Misna* referrit uxori de dote, qualibet hebdomade septem denarios minui, usque dum dos in nihilum sit redacta tuncque locum sibi vindicavit repudium. *SELDEN. l. c. c. 7.*

### §. VII.

Licebit adhuc, cum in tenebris verborum novæ nuptiæ, curiosas quasdam amoris conjugalis proponere quæstiones, quarum illa prima esto, quam exhibit *VENETTE l. 2. P. 2. c. 5.* quo nimurum præcipue anni tempore novi conjuges invicem cohabitare teneantur? Respondet ad eam *VENETTE d. l.* tandemque multos post discursus tempus Vernalis ad coitum eligit, eoque tempore personas conjugatas amori deditissimas esse, afferit. Altera sit quæstio, quam *idem* proponit *d. l. cap. 6.* qua scil. diei hora maritus uxorem suam amore conjugali prosequi tenetur? Ad quam *cit. Autor*, refutatis opinionibus eorum medicorum, qui aut noctem aut auroram (pro quo ultimo tamen tempore sat splendida facit verba) ad hunc eligunt actum, respondet, omnem diei horam amplexibus hisce conjugalibus conducere, nec horarum selectum esse habendum. Inprimis tamen duo totius diei selegit tempora, suadens, ut concubitus fiat 4. vel 5. horis post prandium, & totidem horis post coenam. Foeminis tamen cuncte tempus unius effectus esse afferit, solis maritis hancce injungit cautelam.

### §. VIII.

Tertia sit quæstio, quali artificio personæ despontatae filios masculos suscipere possint? Succurrit hic mihi *ANT. LE GRAND cit. Tract. p. m. 223.* suadens: ut conjuges solidiori utantur cibo, rariusve concubant, hoc enim modo semen & calidius & spissius reddi, prolificumque ac aptissimum ad matrem fieri conceptum. Secundo mater in congressu super latus dextrum recubat, & post coitum confessim super illud conquiescat, quia in dextris ab Hepate semen foveri dicuntur, quod est calidum: in sinistris autem liene frigido quoque pacto refrigerari, & ad foeminarum conceptum præparari fertur. Hinc *HIPPOCRATES* masculos in dextris, foeminas vero in sinistris generari scripsit.

scriptis. Tertio, spirantibus Aquilonibus cohabitent, Austris vero desistant, quia Aquilonem ad mares suscipiendos; austrum vero ad foeminas accommodatissimum esse volunt. Probant hoc experimento ovium, quæ, si flante Aquilone concipiunt, marem ferunt, Austro autem feminam. Plures ejusmodi hic in medium proferre possem quæstiones, nisi persuasum haberem, non cuivis ejusmodi quæstiunculas ad palatum esse, hinc hisce jam imposto finem.

## §. IX.

Coronidis tamen loco tragicus novorum conjugum exitus, nocti Nuptiali colophonem addat. Sapientius enim evenire solet, ut despontati prima Nuptiarum nocte, fato quodam infelices, amplexus inter conjugales suavissimos debellando virginitatem, animam misere exhalare teneantur. Testes & hac in re sunt S. Literæ, quæ nos edocent in Libro Tobiae, Dæmonem, nomine Asmodeum, septem viros Saræ, Raguelis filiæ sponsos, simulatque ipsi se miscere voluissent, enecasse. Alia exempla eorum, qui ædium periere lapſu, profert Hieron. MAGIVS Lib. 3. Miscellan. c. 4. apud GRVTER. Tom. II. Thesaur. Crit. p. 1368. seq. ex quo unicum saltem depromere lubet, de Q. Sertullio & Dulcicula, Sponsis, qui prima Nuptiarum nocte in ipso actu conjugali, domus maritalis lapſu, misere necati leguntur, quorum Sepulchro adhuc Epitaphium insculptum visitur, quod hic apponere juvabit: ASPICE. VIATOR. Q. SERTULLII. ET DVLICIVLÆ. SPON. MEJ. RANCILIÆ. VIRG. AC. POST. INDE. QVID. FACIAT. LICENTIOSA. SORS. LEGITO. IN. IPSA. FLORIDA. ÆTATE. CVM. ACRIDA. VIS. AMORIS. INGRVER. MVTVO. CAPT. TANT. SOCERO. ET. M. SOCR. ANNVENTIB. SOLENN. HYMEN. NVPT. COPVLAMVR. SED. O. FATVM. INFELIX. NOCTE. PRIMA. CVM. IMPORT. VOLVPTATIS EX. L9 FAC. EXSTINGVERE. ET. D. M. V. VOTA. COGEREMVR. REDDITIS. HEV. IPSO. IN. ACTV. DOM. MARITALIS. CORRVENS. AMBOS. IAM. EXTRE. CVM. DVLCEDINE. TETISS. COMPLICATOS. OPRES-SIT. FVNESTAS. SOROR. NEC. NOVI. QVID. FECISS. PVT. NON. ERA. T. IN. FATIS. TVM. NOSTRA. LONGIOR. HORA. CARI. PAREN-TES. LVCTV. NEC. IACRYMIS. MISERA. AC. LARVATA. NOSTRA. DEFLEATIS. FVNERA. NE. REDDATIS. INFELICIORA. AT. VOS. NOSTROS. DIVTVRNIORES. VIVITE. ANNOS. OPTIME. LE-CTOR. AC. VIVE. TVOS.

## D. M.





Kr 3223<sup>d</sup>


X2368159



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-168838-p0088-9

DFG



C. 23. num. 5.

DISCURSVS  
HISTORICO-IVRIDICVS  
DE  
DIE AC NOCTE  
NVPTIALI,  
Von dem  
Söchzeit = Sage,  
und der  
Braut = Sacht,  
PVBLICI IVRIS FACTVS  
A  
CONRAD. PHILIP. HOFFMANNO,  
I. V. D.  
ET S. M. R. P. CONSIL.

REGIOMONTI ET LIPSIÆ,

ANNO cIc Iccc XLIII.

